

B 475
C6 A65
opy 1



Class LB475

Book C6A65






J. A. C O M E N I I

TRIERTIUM

CATHOLICUM





Comenius Jubilee Facsimile Edition.

233
1793

TO COMMEMORATE THE 330TH ANNIVERSARY
OF J. A. COMENIUS.

TRIERTIUM CATHOLICUM

BY

JOHN AMOS COMENIUS

FACSIMILE REPRODUCTION OF THE ONLY
EXTANT COPY OF THE WORK PRESERVED
IN THE LIBRARY OF THE MONASTERY OF
THE PRAEMONSTRATENSIAN CANONS AT
MOUNT SION, STRAHOV-PRAGUE,
CZECHOSLOVAKIA.

With an Introduction

BY

GEORGE V. KLIMA, Ph. D. and L. ZELENKA LERANDO, A. M.; Ph. D.
Professor at the Charles University, Professor at Lafayette College,
Prague, Czechoslovakia Easton, Pa.

The Sokol-Packard Publishing Company
Prague, 1922.

LB475
C6A65

This edition is limited to 200 copies of which this is number **127**.....

300656
23



AN EXHAUSTIVE criticism of the whole contents of the *Triertium*, one of the most important works written by Comenius, *i. e.*, Komensky, is impossible.

It can be done only after a prolonged and thorough study of the work itself. But a few introductory lines are set forth, therefore, to accompany this Facsimile Edition which is at the same time the second edition of the work itself.

Comenius finished the dedicatory letter of the *Triertium* about six weeks before his death, in the last days of August, 1670. The work itself remained, however, a manuscript and was part of the estate left by Comenius to his heirs. His son, Daniel, when announcing the death of his father, on Nov. 15, 1670, wrote to Christian Wladislaw Nigrin, that Comenius, almost dying, had a heartfelt desire to speak to Nigrin, "especially regarding the conclusion of his pansophic works" of which Nigrin, "alone had full knowledge." (Patera, *Jana Amosa Komenského Korrespondence*, Letter CCXXXIX, Prague, 1892, Czech Academy). Daniel announced the contents of the last will of his father, and extended to Nigrin an invitation to visit Amsterdam hurriedly, so that they both could "look over, put into order and shape, and publish, as far as possible" the stored up manuscripts left by Comenius. Daniel added at the same time the gist of the own words of his dying father: "otherwise, in case we should hesitate to do it, then he would cite us before the judgment of God." He further said: "A horror seized our hearts when we heard that. Nothing is left to us, then, except, to meet here and to work on that during this winter."

Very little indeed is known about the joint labors of Daniel Komensky and Ch. W. Nigrin. Their work, however, did not follow the directions or wishes of the dying Comenius. In fact Daniel's collaboration in connection with the posthumous editions of his father's works is not even mentioned in the preserved documentary material. Yet we know that almost all manuscripts, diaries and books of Comenius were still in Daniel's hands in August, 1676. (Kvačala, *Korrespondence Jana Amosa Komen-*

ského, II, Letter CXIX—Nigrin's letter from Oxford—Prague, 1902, Czech Academy). Some manuscripts left by Comenius appear about 1675 in England. It is believed that Adam Samuel Hartman, who in 1650 accompanied Comenius and his son-in-law Peter Figulus on their trip to Hungary, brought these manuscripts to England. His brother, Paul Hartman, a Czech exile and clergyman of the Church of England, was expected to edit them in cooperation with Ch. W. Nigrin, then thirty years old, and studying at the expense of the Czech *Unitas Fratrum* at Oxford.

Hartman and Nigrin arrived at the conclusion that parts of the manuscript of the work *De rerum humanorum emendatione consultatio catholica* were not yet in such shape as to be published. Nigrin started, therefore, the arrangement of the fragments of the manuscript, and, supported by Gerhard de Geer, succeeded in finishing the work. (Kvačala, *ibid.* Letters CXIV, CXVI, etc., Nigrin's letters addressed to Gerhard de Geer). An attempt was made in the mean time to publish—also with the financial aid of de Geer—the *Janua Rerum* or *Metaphysics* from which Comenius had already published at Lessno, in 1649, ten pages. These ten pages were probably only the synopsis of his own lectures on metaphysics held, in 1644, at the request of the Municipal Council, at the school at Elblag. (Beisswaenger, *Amos Comenius als Pansoph*, 1904). This book on metaphysics was intended to be a textbook for children. Comenius continued to write on this book without interruption, and he announced its early publication in 1661, together with the *Triertium*, when writing to Peter Montanus. (Patera, *Korrespondence*, p. 241).

In the year 1678 Nigrin asked Magnus Hesenthaler, an old friend of Comenius from the times of Lessno, for the mentioned pages of *Metaphysics*, so that he might fill in the gaps in Comenius's pansophical work. Hesenthaler promised to bring these *Metaphysics* personally to Amsterdam. (Kvačala, *Korrespondence*, II, Letter CXXII, etc. Also *Monumenta Germaniae Pedagogica*, XXVI, p. 380). They both, Hesenthaler and Nigrin, had

several conferences in Amsterdam regarding the publication of the manuscript works left by Comenius but they could not agree. We ought to remember that in 1668 Comenius himself could not agree with Hesenthaler. (Patera, *Korrespondence*, p. 273).

In 1680 Nigrin published in Amsterdam, through Christian Konrad, typis Christophori Cunradi, the work *Spicilegium didacticum artium discendi ac docendi summam brevibus praeceptis exhibens e MSSis Cl. J. A. Comenii collectum et editum a C. V. N.* (published 1895 by Kvačala). A Czech translation of this work was published, 1896, at Prague by J. V. Novák). This *Spicilegium* works out didactics and mathematics which are also presented in the last chapter of the *Triertium*. Kvačala judges, therefore, that the *Spicilegium* originated in the *Triertium*. (Komensky, 1914, p. 56). The *Spicilegium* was printed as manuscript, only in 100 copies, and was dedicated to Gerhard de Geer. In a letter of May 5, 1680, addressed to Gerhard de Geer, Nigrin promised to publish also the *Janua* and the *Triertium*, provided the *Spicilegium* would be received with favor. (Kvačala, *Korrespondence*, II. Letter CXLII). The two works were thereupon published in the following year by the heirs of Jacob Heeneman at Leyden. (Lugduni Batavorum, apud haeredes Jacobi Heeneman). In these two books Comenius's philosophical works are coming to a close.

We do not possess any direct testimony about the manuscript of the *Triertium*, nor do we know in what condition it has been found after Comenius's death. Neither do we have any certainty regarding Nigrin's editorial activity in connection with it. Yet the information which we can glean from Comenius's letter to Montanus, and still more the very dedication of the *Triertium*, as well as the outline and diction of the work itself, are proofs that Comenius had finished the work before his death in the very form we have it before us.

This edition is an exact reproduction in facsimile of the recently discovered only extant copy of the supposedly destroyed work. The rare work disappeared entirely, and for almost two

IV

hundred years no traces whatever of the existence of any copy could be found anywhere. It was generally believed that the book was burned or otherwise destroyed, with other now lost and unknown works of Comenius, during the time of the several persecutions of Czech literature in connection with the movement of the Counter-Reformation. The only extant copy of the book was found in the magnificent library of the Premonstratensian Monastery of the Abbey Sion at Strahov in Prague. The explanation is that the Order obtained for its library the *Triertium* with many other valuable books and manuscripts which were confiscated by the Inquisition. Many books of the Strahov Library were acquired during the reign of the abbot Lohelius who was also Cardinal-Archbishop of Prague. The *Triertium*, bound together with another work preceding the book of Comenius, escaped probably the attention of the authorities, for no attention was paid to the real contents of the whole volume. Thus it was overlooked, time and again, and its existence was discovered only through an accident. The present edition is an absolutely exact facsimile reproduction of the priceless book.

The *Triertium* joins the *Janua Rerum* organically. The *Janua Rerum* is the pure wisdom (*sapientia prima*). The *Triertium* tells us about its use (*sapientiae primae usus*). The *Janua* is the *storehouse*, the fountain of human thoughts, speech and actions, and presents at the same time a method of their measurement. The *Triertium* is the key by means of which that knowledge is to be unlocked, so that one may use these thoughts, words and acts in a proper manner.

This great thought of Comenius: how to conciliate human thinking, speaking and actions, shows plainly that Comenius's pansophism had always pedagogical aims. The study of the last work of the greatest pansoph of the XVII century will certainly enhance Comenius's greatness. We shall find that Comenius, who had a fine feeling for psychic phenomena, perceived with his keen mind those subtle secrets of mental action which

only lately have been described to us by modern psychological investigators.

Comenius's religious personality was of a mystic character. But he was at the same time not shutting his eyes to the realities of life. He believed that the goal of human life was in supernatural existence, and he was certain that Christ would come soon. This belief, however, did not lull him into any passive quietism. Expecting the coming of Christ, he did not sit down with his hands in his lap, but moved around and wished to prepare all people for Christ's coming. Christ should find one sheepfold: a united Christendom, and the whole mankind should be educated, therefore, for this coming of Christ by means of pansophism, a magnificent encyclopedic dream.

This utopian vision regarding the regeneration of mankind by means of general education of the human species did not rob Comenius of any sense and understanding. This is shown clearly in his *Triertium*. It is a bold attempt toward a harmonious cultivation of human thinking, speaking and actions, just as life itself demands it.

All modern and up-to-date educational tendencies regarding an harmonious development of all possible human abilities (talents) by means of education of the will and manual training versus an overdrawn scholarly intellectualism find in the *Triertium* much support. The *Triertium* is interesting also from another point of view. In his 78th year, in a time when his religious life could not escape mystical vagaries and dreams, Comenius's pedagogical activity terminated with a book of practical ethics, a book in which the author attained the summit of his own and of all human wisdom.



Sapientiæ primæ Usus
TRIERTIUM CATHOLICUM
APPELLANDUS,

Hoc est,

Humanarum Cogitationum, Sermonum,
OPERUM

Scientiam, Artem, Usum,

APERIENS

CLAVIS TRIUNA:

SIVE

*Amabile Logicæ, Grammaticæ, Pragmaticæque cum
Metaphysica Osculum.*




LUGDUNI BATAVORUM,
Apud Hæredes JACOBI HEENEMAN,

ANNO MDCLXXXI.

SAPIENTIÆ TRIGONUS

è Rerum Circulo factus.



RES, Mentis speculo exceptæ, dant COGITATIONEM;
 COGITATIO, externis sonis REM figurans dat SERMO-
 NEM;
 COGITATIO & sermo in OPUS transiens, iterum fit RES;
 Et sic redit in principium sum ENS seu Esse, unde tan-
 quam è fonte suo, per Cogitationum, Sermonum, Ope-
 rationumque rivos effluxerat.

Eundem

3

Eundem Sapientiz Trigonum Salomon istò effatò expressit.
Sap. 7. 6.

*In manu Dei sumus NOS, h.e. SERMONES nostri, & omnis
SAPIENTIA OPERUMQUE Scientia.*

Tu proinde Homo

QUICQUID RERUM Vides, audis, tangis, agis,
Disce tum **INTELLIGERE**, tum **EFFARI**, tum **AGERE**.

Et quicquid **INTELLIGIS**

Disce tum **ELOQUI**, tum **AGERE**.

Et quicquid **LOQUERIS**,

disce simul **INTELLIGERE & AGERE**,


Ut semper & ubique **RES** visæ, auditæ, gustatæ, tactæ vel
actæ per **INTELLECTUM & SERMONEM**,
veniant in **OPERA**,

Atque tum eris **SAPIENS**.

Ó ΔΕΪΝΑ

Quorsum divitiæ (1) queis non conceditur (3) Uti?
Vel mihi da (2) Clavem: vel mihi tolle feras.

1. *En igitur ostendimus divitias!* Sciendorum, Faciendorum, Fruendorumque Ordinatè dispositorum thesauros.
2. *En addimus Claves!* Detectum in Cogitationibus, Sermonibus; Operibusque omnis articulationis, Complicationis, Variationisque artificium!
3. *En Usus!* Quicquid Cogitare, Loqui, Facereve instituis, tum repertoria, tum Ideas veras, secundùm quas omnia fieri necesse est.





*Nobilissimis, Magnificis, Amplissimis
Amstelodamensis Reipub.*

D. D. CONSULIBUS

NEC NON

*Sapientibus ac providis Illustris ibidem.
Scholæ, Trivialiumque*

D. D. CURATORIBUS

DOMINIS OBSERVANDIS,

Omnem Fœlicitatem.

Inclyti Domini, Patroni & Fautores gratiosi!



*Quatuordecim abierunt anni meæ apud Vos hospitali-
tationis, & sub umbra Dei & Vestre quietis: in
quibus favores & merita expertus, antequam
Vero ex oculis Vestris abeo; grati animi contesta-
tionem debere me Vobis credidi, contestatumque hac honoris præ-
fatione, inusitatique munusculi oblatione, venio. Non LI-
BRUM simpliciter offerens, sed in LIBROS, qui usquam
sunt, & in Cogitationes, Sermones, Actionesque Vestras &
Omnium Hominum FACEM, CLAVEM, OBRUSSAM:*

Facem, ut Omnia ista lucidius legi; Clavem, ut promptius intelligi; Obruffam, ut an aurum vel argentum, scoriae sive haec & illa ferant, certius probari possint. Fax est Logica, novâ hîc luce coruscans. Clavis Grammatica, novô hîc splendore fulgens. Obruffa Pragmatica, novâ hîc formâ humani in res Imperii directoria explicans, & quicquid aliquis molitur, aut unquam molitus, vel moliturus est, an necessarium, possibile, facile sit, aut futurum sit, expendendi occasiones ferens. Ut trium istarum sapientiae primae filiarum, inter se autem parallelarum Artium (Cogitatricis, Sermocinatricis, Operatricisque) ita jam conjunctarum ministeriô, omnes humanae COGITATIONES, SERMONES, OPERA, articulatiùs intelligi, rationabilique imitatione non nisi sapientiores Rerum Contemplationes, Explicationes, Productionesque institui possint.

Novanè igitur vendito mysteria? Imo antiqua Mundo coeva: Nova tamen, quia senescenti Mundo sic Harmonicè, parallelismo perpetuo detecta. Non novum scilicet Flumen est, quod ex pluribus minoribus rivis in alveum unum prioribus ampliorem collectum, novum dat, priore majus & amanius, spectaculum: novum tamen Flumen dici potest, & solet; quia novo & potentiore fluxu majorem exerit vim, & novos quosdam praestat usus. Similiter hîc est. Suis hactenus alveis fluitabat GRAMMATICA: Suas intra ripas seseolvebat LOGICA: Pragmaticæ verò aggeres circumdare (h. e. operandi artem quandam generalem, propriis suis praeceptis constituere

intuere) nemo hucusque tentavit. Nos igitur ecce tentamus l
 & quidem tentamus novô modô, Cogitandi, sermocinandi,
 Operandi que artem junctim tradendo, ad capiendum experi-
 mentum, Num fortè Humanæ Mentis, Linguae, Ma-
 numque industria, sic aliquomodo ad majorem cer-
 titudinem, & rectitudinem, & facilitatem, & cyclicam
 quandam amœnitatem, solidioresque usus deduci
 queat.

An Conatu hoc assequamur aliquid, aliis judicandum relin-
 quo. Ante alios VOBIS, Viris circa Rerum praxin versatiss-
 simis, ut de his talibus accuratius judicare VOBIS non futurum
 sit difficile. Non ut Vos Sapienter Cogitare doceam: habe-
 tis id munere Dei, præ multis, qui id operosè quærunt, vel am-
 bitiosè possident: aut doceam Oratoriè sermocinari. Rhe-
 torica Vestra Laconica est, qualem eruditæ Linguae Magister do-
 cuit, Est, Est, Non, Non, (Matth. 5. 37.) Aut ut do-
 ceam Solerter Operari. Novit Mundus Vos cum DEO &
 sub DEO scire fabros fortunæ agere, Magnificaque ac admiran-
 da operari. Ad quid ergo? Ad lucidius in se agnoscendum,
 hujus etiam seculi opte, Dona DEI, concipiendumque inde sua-
 viora in DEO solatia: Aut, ut cum Salomone loquar, ut sapiens
 fiat sapientior, intelligensque consilia comparet in-
 dustriâ (Prov. 1. 5.) Hoc inquam fine hanc Germanissima-
 rum sororum (eiusdem Matris, sapientiæ primæ genuinæ prolis)
 triadem, sororus amplexibus & osculis delicias vobis factu-
 ras, in conspectum produco Vestrum: & in honorem æterni sa-
 pientiæ

pietiae Genitoris, luminumque Patris. Cujus gratia Vos, Domini mei, cum omnibus rebus Vestris (sive Cogitationes, sicut & Consultationes privatae, sive Opera publica) me autem gratioso favori Vestra commendo. Vestri per Veritatem observantissimus
Amstel. pridie Cal. Sept. 1670.

Trinae Societatis Humanae Praesidibus

I. *Tractantibus commercia rerum inter se Philosophis*

II. *Hominum inter se Politicis*

III. *Animarum cum DEO Theologis,*

Salutem & prosperitatem!

Si trinae Artis artium Parallelismus ad plenam perfectionem mea sub manu deductus jam fuisset; solemni eum dedicatione trino Ordini Vestro consecrare auderem. Nunc imperfectionis mihi conscius, nonnisi desideria mea prodero sustineo: eo fine, ut novum hoc compendiosius sapiendi attentamen, attentius expendendi, atque si non displicebit, hanc Parallelismi inventionem perficiendi, occasio sit. Cujus desiderii mei Causas paucis aperiam.

2. Omnium Hominum totam Vitam nonnisi Cogitando, sermocinando, Agendoque transmitti, si quis nondum observavit, queso jam attendat. Omnes enim profecto Homines (de Homibus loquor non de Hominum umbris) semper aliquid Cogitant, h. e. intentiones suas intra mentem suam ad scopos certos revocant, media ad fines exquirunt, agendique modos ventilant.

Tum & loquuntur, h. e. Cogitationes suas ad alios sermone

com-

communicant. Tandem verò agunt aliquid, h. e. Cogitata & decreta sua quotidianis Actionibus exsequuntur. Dumque rursus de Actionibus (propriis & alienis) Cogitationes & sermocinationes fiunt, fit ut hoc triuno Circulo (Cogitationum, sermonum Actionumque) Omnia Vita nostra, Omniumque hominum gyrentur.

3. *Hæc inquam Omnia & singula, omnes & singuli Homines ita semper sine exceptione. Et tamen primariò requiritur à Vobis, Philosophi, Rerum rationes nosse, & reddere posse, ut nusquam desit consilium. A Vobis, Theologi, Homines ita illuminare, ut Omnes Deum loquentem audire ac intelligere, Deoque rursus intelligenter loqui sciant. A Vobis Denique, Politici, Actiones humanas in ordine continere, & in salutare usus convertere, pro tranquillo rerum statu.*

4. *Quia tamen nihil horum rectè, sine reliquorum ope, aut est, aut intelligitur, aut peragitur, nemo illa divellere querat, nemo non omnia & singula sciri, intelligi, in usum transferri, adeoque triunam hanc Artem in perfectum statum & usum deduci optet. Perfectum dico statum; quia plenam, per omnia lucidam & veram Logicam, Grammaticam, Pragmaticam nondum nos habere, si quis nondum observavit, observare hic incipiet. Usum dico, quia ut quicumque humanam Mentem, Linguam, Manum, dono Dei acceperunt, iis quàm accuratissimè uti sciant, optandum est.*

5. *Logicam nos nondum habere perfectam, vel illud*

Platonis fidem faciat, Veritati contradici non potest: intellige, si scitè ponatur in luce. Atqui nos hætenus contradicimus Omnes propemodum Omnibus in Omnibus. Ergò aut Veritatem nemo habet: aut certè Artem perfectam (quã id quod verum esse scit, ostendere aliis ita sciat, ut contradici non possit) nemo habet. Ut jam Operum, quæ præviã ratiocinatione fiunt, enormitatem, & quomodo plerisque in plerisque valdè irrationaliter eveniunt omnia, taceam.

6. *Et quod nisi confusas haberemus Linguas, Logicã illã, quæ nunc obtinet, maximam partem carere possemus: quippe cuius ductu maxima ratiocinii pars in Vocum limitatione distinctione, & ab homonymiis extricatione, consumitur. Imò ne quidem primam Logicã partem de Inventione rectè constitutam esse, testimoniis magnorum Virorum, ipsiusque rei evidentiã ostendi potest. Locos enim Inventionis vulgares admodum esse steriles, inventionemque illorum ductu institutam, prorsus vagam, queritantur Vives, Huartus, Herbertus, aliique Viri industriosi. Verulamius cepit condere Organon magnum, quòd infallibile omnium inventionum esset directorium: at in naturalibus solum. Et jacet sic etiam: quia per viam operosam ducit: nec satis absolutum est opus, nec reperitur qui hanc absolvat Venerem. Vulgares Inventionis Loci & pauca suppeditant (inquit Herbertus) & obscure & confusè: cum vera Zætetica præstare debeant, ut Omnis scientiæ thesauri, quos quisque homo ad imaginem Dei factus intra seipsum gestat, semper pateant, ad
cruen-*

erudendum inde quicquid usus requirit.

7. Annon igitur Logica optanda est, quæ tam amplum & lucidum Mentis speculum sit, quàm amplum & lucidum ipsa Mens Rerum speculum est! *speculum inquam tam undique politum, ut quoquò se vertat Homo, rerum omnium species illi se imprimant, eâ formâ, situ, colore, claritateque ac certitudine, quâ in seipsis exstant. Et per consequens, habeat Eruditus quisque omnia quæ sunt & fiunt, esseque aut fieri possunt ac debent, tam in numero ac digitos manus suæ, & tam clarè distincta omnia, ut sunt Digitorum articuli: tamque promptos ad usus, ut se in rebus quibuscumque tractandis omnes digiti manus habent: ad normandum omnes in universum, suas & alienas Cogitationes, sermocinationes, actiones.*

8. *Quæ Vota, ne pendeant semper, efficere tentet quisquis potest, quicquid potest: ad parandum artificiosa humanæ sagacitati subsidia, & vestigandi arcana quevis, sistendumque in genere humano (ope Dei) tot calamitates. Tam densas nempe in hominum vulgo Mentis tenebras; quæ ut Homines nec se, nec res, nec Deum satis intelligant, faciunt. Et Lingua confusionem, quæ ut Homines etiam eâdem Linguâ colloquentes, nec Verba, nec verbis significatos Conceptus, satis capiant, facit. Dissidia denique circa Rerum studia & actiones, ceu infinita.*

9. *Nesciunt enim adhuc homines, uti adhuc res sunt, re-
tè uti*

Mente suâ }
Linguâ suâ } *ad quicquid necesse est pulchrè* } *excogitandum.*
Manuque suâ } } *eloquendum.*
 } } *efficiendum.*

Aut si qui, naturâ duce, aliquid sciunt & possunt, plerumque ad
indebita adhibenda abutuntur. Clarum itaque Sapientia, Lin-
guarum, Actionumque Ordinatissimarum lumen, valde fore
Humano generi salutare, dubitandum non est.

10. *Cui rei aliud Consilium non videtur accommodatius,*
quàm ut primò, Cogitandi, Sermocinandi, Operandique ra-
tio ad rationes ENTIS ceu Sapientia æternæ impressa
Menti humanæ sigilla, reducantur. Nec enim
Grammatica, Logica, Pragmatica, ulla habent pro-
pria sigilla, sed communibus Idearum sigillis utun-
tur, suas illis tribuendo appellationes. Quemadmo-
dum Nautæ, Aurigæ, Institores, Operarii, Ægri,
Discipuli, nullam habent propriam monetam; sed
communi, quæ summæ Majestatis autoritate cusa
est, utuntur, licet nomenclaturas varient (appellando
Nummum eundem, si nauclero datur, Naulum; si Publi-
cano, Vectigal; si Mercatori, Pretium; si Operario,
Mercedem; si Præceptori, Didactrum; si Medico, So-
strum &c.) ita Metaphysicis terminis Logica, Grammati-
ca, Pragmatica, suas induunt appellationes, ut easdem com-
munes formas exprimere intelligantur.

11. *Deinde requiritur, ut dum Artes hæ tres parallelè sem-*
per procedent, quicquid pulchrum una illatum notabi-
liter


biliter exhibet, similiter quærat in cæteris. *Quod si erit, verisimile est (& reipsâ patebit) multa hîc, istic, illic, repertum iri, quæ absque parallelismo non observarentur: sicuti mihi observata multa sunt, quæ, si absque parallelismo illo essent, nunquam venissent in mentem. Exemplum do. Logici hæctenus circa syllogismi structuram satis (imò nimis) curiosi, alibi deficiunt, eoque artem suam imperfectam relinquunt. Nam cur doctrinam Perceptionum, Prehensionum, Notionum, Attributionum, Discursuum denique (ubi sapientiæ apparatus in systema redigitur) non eâdem diligentia tradunt? Imò de primis illis & minoribus Cogitationum articulis Vix mentionem reperias; tractationem dignam nusquam. Et quomodo igitur in majoribus non deficiat, cui minora vel ignorantur, vel non nisi par nebulam spectantur, fixè non stabiliuntur? Quomodo Composita rectè intelligantur, non præintellectis simplicibus? Impossibile. Emendandum hoc, primumque rectè stabilienda prima Prehensionum initia, antequam illis malè fundatis Ratiocinationum superstruamus arces.*

12. Ego ecce initium feci! aliis inventum perficiendi occasionem relicturus. *Nempe quia, quod mihi seni videre datum est, absolvere datum non est: in eo juniores (quibus nec tempus, nec ingenii vigor deerit) operam cum usu ponere poterunt, sub sapienti directione Vestra Eminentissimi in Ordine triuno Viri. Verum sit hîc etiam illud æternæ Veritatis effatum. Alius est qui seminat, & alius qui metit. A-*


DEDICATIO.

alii laborant (*circa rerum initia*) & alii in eorum laborem introeunt (*Job. 4. 37. 38*) *Atque si huc etiam Apostolicum servit exemplum, liceat cum Paulo dicere. Ego, secundum DEI gratiam, fundamentum posui, alii ædificent, sed videat quisque quomodo, ut sapiens Architectus, ædificet (1. Cor. 3. v. 10)*

Valete sapientie spiritui commendati!



Trierii Tabella Synoptica.



TRIER-

TRIER TII CATHOLICI

CAPUT I.

TRIERTIUM quid, 1, 2. & 9, 10. & quid Sapiētia prima, prolesque illius; deque illius fundamento & basi primo & imo LUCE MENTIUM, seu METAPHYSICA: Scientia, Ars, Usus quid, 3 — 8. Cur Logica, Grammatica, Pragmatica, junctim iisdem præceptis tradenda, 10, 11, 12. & quidem Grammatica cæteris faciem præferente, 13. &c.



SAPIENTIÆ Januam transivi, Rerum ambitum, ordinem, legesque vidi; quid restat? Hoc unum ut Tuarum etiam circa res Cogitationum, processum, sermonumque structuram, Operum artificia, (ductu ejusdem jam cognitæ Januæ Rerum) addiscas: ad reddendum Te Mente, Linguâ, Manu, normatiorem, promtiorē, potentiorē, non usu solô, sed arte.

2. Nam quibus tribus prærogativis Homo præcellit brutis, *Ratione, Sermone, variaque & liberâ rerum Operatione*, iisdem præstat homini homo, innormato normatus, inexercitato exercitatus: nempe ut alius alio sit scientior, eloquentior, operibus potentior.

3. Tu ergo tametsi spectando Rerum ambitum, ordinem, leges, Januam Sapiētiæ jam transiisti, patere tamen Januæ hujus Claves Tibi porrigi: ut quoties sapientissimarum Cogitationum, Sermonum, Operum, fieri tibi velis copiam, promtius adsint, Te nec scientiam illarum, nec artem, nec usum ignorante.

4. Differuntne ista, *Scientia, Ars, Usus*? Maximè. Quemadmodum enim aliud est Pecuniam per diversas fortes nosse; & aliud Pecuniam viis legitimis parare posse: aliud denique Pecuniâ honestè jam partâ rectè uti: ita in omni Re, Eruditione etiam, Notitia, Operatio, Usus (Græci *θεωριαν, πραξι, χρηση*, vocant) differunt:

Appl. vide Jan. RR. Cap. I. §. 10. &c.

5. Et verò quia multi quid Scire sit nesciunt: multi, quomodo scientiam sibi comparent, ignorant: multi comparatâ etiam scientiâ uti nesciunt. Tu si omnia hæc noveris, demum Te sapientem fore sperabis. Attende igitur.

6. SCIENTIA, est Cogitationum, Sermonum, Operumque theoria, ostendens singulorum (1) Articulationes, (2) Schematismos (3) Nexus. Hoc

C

est

est (1) ex quibus articulis & particulis unum quodque componatur. (2) quomodo illæ in suo Toto disponantur (3) quibus denique vinculis (ut ubique sit unum Totum, firmum, solidè cohærens) connectantur: *Omnia hac mechanicâ evidentiâ.*

7. ARS, est Cogitationum, Sermonum, Operumque Praxis, docens quomodo partes singulæ rectè elaborandæ, legitimè componendæ, firmiterque solidandæ sint, ut ubique prodeat Totum ad instar fabricæ (mechanicâ prorsus certitudine) constructum.

8. USUS denique est, Cogitationum, Sermonum, Operumque rectè paratorum eò quò necesse est adhibitio: ut ne quid factum etiam, sed non adhibitum, sine usu jaceat: aut malè adhibitum noceat. Verbò, ut cujusque illius rei Usus mechanicâ prorsus palpabilitate pateat.

9. Cogitationum artem vocarunt LOGICAM, Sermonum artem, GRAMMATICAM (cum adjuncta Rhetorica) sed Operum in genere ars nulla adhuc fuit constituta: nos vocabimus PRAGMATICAM.

[Accommodum erit vocamen. Quandoquidem Πράξιν Res agere, administrare, exsequi-
πράγμα rem, opus, factum: πραγµατικὸς retractantem, consiliis valentem, evidentiâ solertemque significat.]

10. Docebanturque Grammatica & Logica separatim ab invicem, quasi altera ad alteram nihil spectaret: Nos eas, associatâ etiam Pragmaticâ, junctim trademus, præceptis iisdem: sub Triertii nomine.

[Solutum hucusque fuit dici. Artes conjunctæ sunt vsu, disjunctæ præceptis. Nos verò eas præceptis etiam jungimus idè; ut Rerum, Verborum, Cogitationumque similes rationes & vias, artemque illas dirigendi, non trinam, sed triunam, esse pateat. Quò & sine illam TRIERTIVM appellamus: voce sanè Latinis auribus inauditâ (quia & res) Latinâ tamen. Nota enim est vox *Quinquetis* (id est quinque artium) quam antiqui ad exprimendam vim Græcæ πένταθλον (exercitium quinquè certaminum) fecerant. Ad cujus imitationem Triertium dici (ut res nova novum habeat, illudque accommodum, vocabulum) quid vetat? Appellamus verò *Triertium Catholicum* ideo: quia omnes homines cogitant, loquuntur, agunt.]

11. Atqui hoc erit principium illarum Artium (totius sapientiæ nostræ basin constituentium *Logica* dico, *Grammatica*, *Pragmatica*) suavissimum, vereque sororium osculum, æternique post hac & indissolubilis jam connubii vinculum.

12. Quæ ut germanissimæ sorores, ab eadem matre Sapientia prima, seu Metaphysica) progeneratæ, ejusdem matris uberibus nutriri, in ejusdem gremio educari, ejusdemque curâ quàm honestissimè sponsis suis (Cogitativibus, Sermonibus, Operibus) maritari volunt: ad eisdem Maritos suos æterno pacis & concordix cum invicem fædere sociandum.

[Ut sic etiam pateat, ineptissimum fuisse *Johannis Dullardi* judicium, quem *Ludovicus Vives*

Vives dicere solitum scribit: Quanto eris melior Grammaticus, tantò pejor Logicus Rectius-que Aristotelem, Omnes artes vicarias prestare operas; & Ciceronem, Omnes Artes communes quodam vinculo contineri, dixisse; Scaligerum autem, Artes non esse scribendas extra Encyclopadiam monuisse: rectissimè etiam, Omnes Scientias in fundamento esse usam, dici.]

13. De Ordine inter hás sorores constituendo si quæstio sit, fortassis *Prudentia Methodus Grammaticam reliquis ducem dari, suaderet, Nos tamen Sapientia Methodum sequi maluimus, nempe ut precedat Cogitationum magistra Logica: sequatur Lingua gubernatrix, Grammatica; demum ipsa Operum directrix, Pragmatica.*

[Grammaticam præire suaderent hæc. PRIMUM, quia *cæteris notior*: quippe quam omnes Latinæ linguæ (quæ hæc traduntur) operam navantes jam didicerunt: maneret proinde quod notius est ad ignotiora dux & lux. Maneretque hoc modò *Grammatica* id quod audit, *Disciplinarum clavis*: quum docere scientias alii alios nequeamus; nisi nos (sermonis disciplinâ adjuti) intelligamus. Deinde, quia sic etiam evidentius fieret quod alicubi scripsimus, verum esse, *Bonum Grammaticum paucis mutatis fieri posse bonum Logicum: & bonum Logicum paucis mutatis bonum Metaphysicum*. Tertio, quia sic vitæ humanæ praxis requirit, ut à Lallando incipiamus Pueri, perque ratiocinationum campos progressis Iuvenes, in Operum fastigia destinamus Viri. Et denique, quia meritò scientiæ nostræ Porta, quæ primum ingredimur, constituitur *Grammatica*: Portus autem, in quem Sapientiæ mercibus onustæ ultimò recurrant naves nostræ, *Prudentia practica, seu Pragmatica*: mediante feliciter phantasiæ navis gubernatricè, *Logica*. Verum enim verò, quia non hîc demum *Grammatica*; aut *Grammaticæ ductu Logica*, discuntur: neque hic *Grammatica* traditur qualis pueris solet, pro captu primo, sed *accurata & philosophica*: melius visum Artibus hic eum ordinem, quem illæ ipsæ sibi naturali Operationum suarum fluxu præscribunt, relinqui. Nempe ut è Rebus (jam prævisis) immediatè fluat *Cogitatio*, rebus normata: & è cogitationibus *sermo*, rebus & cogitationibus normatus: demum *Opera*, ad omnes priores normam rectè amulsitata.]

14. Sic etiam æterni Archetypi docet exemplum, DEUS quippe, Rerum author, primùm COGITAVIT, tum DIXIT & FACTUM est: hoc est, præcesserunt prævisæ ab æterno Idææ (Act. 15. 18.) juxta quas prodire jubebat res: prodieruntque Opera illa, quæ exhibet Mundus.

15. Similiter Adam, in hoc DEI Theatrum, Mundum, introductus, primùm DEI opera Noscitare: tum secundum formatos inde Conceptus Rebus Nomina indere (Gen. 2. 19.) demum ipse quoque Operari (hortum Edeim custodiendo atque colendo) jussus est, (v. 15.)

16. Nec aliter in rationali (adeoque naturali) docendi Methodo procedimus, quàm ut res factas, aut faciendas, in exemplar ostendendo, primùm spectare jubeamus: tum illustremus Verbis: demum requiramus Imitationem.

17. Ergò quia ista sic omninò se habent, ut RES primùm sint, deinde cogitentur, tum de illis *sermo fiat*, demum consilia transeant in *Opera*: relinqua-

mus TRIERTIO nostro illum ordinem, ut ex Entis scientia immediatè fluat *Logica*, hanc sequatur *Grammatica*, chorum claudat *Pragmatica*.

18. Satis autem præambuli: in rem ipsam veniamus, practicè potissimum pertractandam. Theoria enim erit brevior, unicò absolvenda Capite: cætera praxis erunt, usque ad ultimum Caput, quod TRIERTII Usus docebit.

CAPUT II.

TRIERTII THEORIA.

Hoc est: GRAMMATICA, LOGICA, PRAGMATICA quid, & quam necessaria, §. 1 — 12. partes cujusque septem. 12. &c. Nihil cujusque, quid sit — 25.

<p>LOGICA est ars benè cogitandi.</p> <p>[Utilis igitur hominibus: quorum mens, semper aliquid cogitando versat.]</p>	<p>GRAMMATICA est ars benè loquendi.</p> <p>[Utilis igitur hominibus: quorum conversatio mutuis colloquiis constat.]</p>	<p>PRAGMATICA est ars benè operandi.</p> <p>[Utilis igitur hominibus: quibus rerum dominis factis, quidvis semper formandi, reformandi, multiplicandi, incessabilis voluptas inest.]</p>
<p>2. Hoc ut exactè discamus, tria præcognoscenda sunt accuratè.</p> <p>I. Quid sit COGITARE, quid LOQUI, quid OPERARI.</p>	<p>II. Et quid BENE Cogitare, BENE Loqui, BENE Operari.</p> <p>III. Quid denique ex ARTE benè cogitare, ex ARTE benè loqui, ex arte benè operari.</p>	
<p>3. COGITARE, est res mente speculari.</p> <p>[Possunt enim res oculis etiam spectari, aut aliis sensibus usurpari: sed hoc non est <i>Cogitare</i>. <i>Cogitationem</i> igitur <i>Nescitationem</i>, <i>Meditationem</i>, <i>Cognitionem</i>, pro idem significantibus hic habebimus.]</p>	<p>LOQUI, est cogitata verbis proferre.</p> <p>Possunt enim cogitationes nutu etiam aliquò proferri, aut gestu, aut opere ipso: sed hoc non est <i>Loqui</i>. <i>Loquels</i> igitur, <i>Sermo</i>, <i>Oratio</i> pro eodem hic sumuntur.]</p>	<p>OPERARI, est cogitata in opus deducere.</p> <p>[Sive, Facere ut aliquid sit, <i>Operari</i> igitur, <i>Agere</i>, <i>Facere</i>, <i>Struere</i>, <i>Producere</i>, & <i>voce</i> <i>Philosophicà</i> aptissimà <i>Essentiare</i>: item <i>Essentia</i>, <i>Opus</i>, <i>Factum</i>, <i>Res</i>, <i>Negotium</i> &c. idem hic erunt.]</p>
<p>4. Ad COGITANDUM requiruntur tria.</p> <p>1) Subjectum cogitans. <i>Mens</i>.</p> <p>2) Objectum cogitabile, <i>Thema</i>.</p>	<p>4. Ad LOQUENDUM tria requiruntur.</p> <p>1) Membrum loquens, <i>Lingua</i>.</p> <p>2) Res eloquenda animo, <i>Notio</i>.</p>	<p>4. Ad OPERANDUM tria requiruntur.</p> <p>1) Aliquid <i>actuens</i>, alia <i>inactuare Potens</i>.</p> <p>2) Aliquid <i>inactuabile</i>, seu <i>Possibile</i>.</p> <p>3) Ali-</p>

3) Aliquid de Thema-
te cogitandum, *Argumen-
tum*.

[Ergò ubi nulla *Mens cogi-
tans* : aut nullum mentis ob-
jectum cogitabile : aut nullum
Cogitatum argumentum, ibi
Cogitatio nulla.]

5. MENS, est inte-
rior animæ oculus, rerum
speculum.

6. THEMA, est res
ad speculandum menti
oblata.

7. ARGUMEN-
TUM, est aliquid the-
mati attribuendum, vel
attributum.

3) Sonus articulatus,
quò diversæ res diversifi-
modè exprimantur, *Voces*.

[Ubi nulla *Lingua*, aut
nulla *Norsio*, & nulla Soni ar-
ticulatio, ibi Sermo nullus.]

5. LINGUA, est men-
tis interpres, sonorum
formatrix.

6. NOTIO, est rei
mentis speculo exceptæ
imago.

7. VOX, sonus est arti-
culatus, rei mente con-
ceptæ imaginem in aëre
effigians, & ad alterius
aurem, dehinc verò men-
tem, deferens.

3) Aliquis motus, pos-
sibilitatem deducens in a-
ctum seu *Fieri*.

[Ubi nullum actuens, aut
nulla alterius entis *Possibilitas*,
nullumve *Fieri*, ibi nulla O-
peris novi productio.]

5. POTENS, est ali-
quid operari gnarum, rei
possibilis ideam prævi-
dens.

6. POSSIBILE, est
idea rei prævisa.

7. FIERI, est ideæ
prævisæ in opus dedu-
ctio.

8. Prærequiritur itaque necessarid

IN LOGICA

1) Mens sana.

2) Rerum præcedens
aliqua Cognitionis.

3) Discursus aliquis natu-
ralis, quem dirigit.

Ergò docere velle LO-
GICAM

1) *Amentes*, amentia
est.

2) *Rerum Inscios*, insci-
tia est.

IN GRAMMATICA

1) Lingua sana.

2) Notiones rerum a-
liquæ.

3) Usus aliquis loquen-
di, quem porrò dirigit.

Ergò docere velle
GRAMMATICAM

1) *Elingues*, impossi-
bile.

2) *Stupidos*, difficile.

IN PRAGMATICA

1) Agens rationale,
Idearum capax.

2) Ratio, seu Idea re-
rum.

3) Operandi jam rudis
aliquis usus, quem plenius
dirigit.

Ergò docere velle PRA-
GMATICAM aliquem

1) *Irrationalem*, irra-
tionalitas est.

2) *Inexpertum* prorsus,
imperitia est.

3) *Pueros*, puerilitas est.

9. BENE COGITARE, est menteprehendere

1) *Omnia*, quæ in re sunt.

2) *Ordine* illô, quô sunt;

3) *Tam verè*, ut in rebus sunt.

[Quicquid enim Cogitationi obvenit, est aut *Ignotum*, aut *Confusum*, aut *Incertum*. Nemo igitur quærit Ignoti notitiam, Confusi ordinem, incertæ certitudinem: tentando quicquid potest, ut Ignota inveniat, inventisque det ordinem, ordinatis veritate. Atque hinc *Cogitationum indefatigabiles voluptas*, per *variarum rerum Notitia vestigationem*, *ordinationem*, *deputationem*. Evenit tamen, ut Mentem rerum subtilitas elidat, Multitudo confundat, Varietas incertet, nisi Artes auxilia præsto sint.]

10. EX ARTE BENE COGITARE, est benè cogitandi normis ita esse instructum, ut *Mens* in quavis Rerum disquisitione *progrediatur inoffensè*.

3) *Infantes*, infantilitas.

9. BENE LOQUI, sit necessaria sermoni Verba

1) Rectè *pravidere*;

2) Rectè *formare*;

3) Rectèque *proferre*;

[Quicquid enim eloquendum obvenit, necesse est (1) Verba certa *haberi* (2) aptè *conformari* (3) rectèque *proferri* seu ore seu calamo. Lingua igitur cum notiones communicare aliis naturaliter gaudeat, quærit (1) Verba, quibus notiones involvat: (2) aptèque involvendi modum: rursumque involuta evolvendi (h. e. clarè efferendi) rationem. Atque hinc est *Sermocinandi Voluptas*, per *Verborum aliam* atque *aliam venationem*, *structuram* *prolationem*. Evenit tamen ut aliquando Verba linguam fugiant, aut eorum structura confundat, aut proferendi modus incertet: nisi Artis adfint auxilia.]

curet, nisi hic etiam Intellectus Arte

EX ARTE BENE LOQUI, est bene loquendi normis ita esse instructum, ut *Lingua* in *ferendis* quibusvis Mentis conceptibus *progrediatur inoffensè*.

3) *Inhabilem operandi*, inhabile opus est.

9. BENE OPERARI, (Essentia) est omnia ad rerum esse spectantia

1) *Colligere* plenè,

2) *Collocare* debitè,

3) *Colligare*que vinculis firmis, ad perdurandum.

[Quicquid enim in esse deducendum est, ejus necesse est (1) *Ingredientia* adesse omnia: (2) tum illa *Ordine debito disponi*: (3) demumque *solidari*. Essentia igitur rationalis (qualis Mens & Manus nostra est) cum simulacra sui quærat multiplicare, tentat quicquid potest, ut inveniat rerum Possibilitatem, Possibilitibusque det fieri, & fieri captis Perfieri & Esse. Hinc illa *ratione præditæ Operandi voluptas*, per *Idæarum venationem*, *structuram*, *usumque varium*. Evenit tamen, ut alicubi Sapientem quoque Ideæ destituant, aut Agentem ipsè agendi modus multiplex ipsâ multitudine obumbrat, còque modò Idea Ideam obfusus adjurus consilium ubique sciat.]

EX ARTE BENE OPERARI, est bene operandi normis ita esse instructum, ut *Ratio* in quarumvis Rerum productione *progrediatur inoffensè*.

[Nor-

[Normas habere cogitandi æquè necessarium Menti nostræ, ac debili Oculo *Cospicillum* : sano autem remota *Telescopium* : pupilla, *Microscopium*.]

11. Tu ergò, qui *Cogitationum humanarum fabricam* ex toto pervidere, accuratèque dirigere vis, accuratam benè cogitandi artem discito.

12. Partes cujusque hujus Artis tot sunt, in quot partes illarum Subjecta (Cogitatio, Sermo, opus) dividi possunt. Possunt autem, & debent in septem.

[Quod ut non ad placitum fieri, sed ex ipsismet Cogitationum, Sermonum, Operumque Visceribus fluere pateat, definiemus, & in sua contenta dissolvemus, singula.]

13. COGITATIO, est rerum Mentis speculo exceptarum, & huc illuc versatarum, imaginatio.

[Mens enim nostra Rerum speculum est, cui quicquid per sensuum canales illabatur, illa excipit, simulachraque illa rerum versando in se ipsa speculatur.]

14. FINIS COGITATIONIS, est rerum Cognitio, seu DISCERE.

Omnis enim cogitans rei alicujus cognitionem venatur, he discit : etiam tum cum aliquid docere, loqui, facere, cogitat. Quippe tum à seipso discit, quomodo quàm optimè hoc aut illud proponere, eloqui, efficere, queat, meditando.]

[Normas loquendi habere, æquè necessarium est Linguae nostræ, ac Manui (licet *instrumentum instrumentorum* audiatur) externè assumpta operandi instrumenta.]

Tu ergò, qui *Sermonis humani structuram* ex toto intelligere, accurateque formare vis, accuratam bene loquendi artem jam discite.

13. SERMO est Cogitationum, à Mente ad Mentem fluentium imago, certis expressa figuris.

[Sive fuerit prolatus ore, ut se per aures insinuet alterius animo : sive literis pictus visibiliter, ut imagines intreat per oculos.]

14. FINIS SERMONIS, est rerum Notificatio, seu DOCERE.

[Quod enim aliquem ignotare credimus, hoc illi sermone notificamus. Usque adeò id verum est, ut etiam qui interrogat, hoc est, doceri aliquid petit, doceat. Informat enim illum quem interrogat de suæ mentis statu, ignaram esse hujus vel illius rei, ideoque informari avidam.]

[Normas habere proposita inactuandi certas, æquè necessarium est Rationi, rerum architectætrici, atque est cuique res architectanti *ipsa Ratio* : quia sibi permissa vacillat.]

Tu ergò, qui *Operum syntagma* accuratè perspicere, & imitari, vis, accuratam res architectandi artem discas.

13. OPUS est Cogitationum vel Sermonum, reali existentia expressum simulachrum.

[Nempe quod prius existabat imaginariè solum, in cerebro aut sermone, ut jam existet realiter quoque in seipso.]

14. FINIS OPERATIONIS, est invisibilis Virtutis expressio, seu EFFICERE.

[Nempe quisquis Opera producit, Virtutem ostendit suam, quid possit, sciat, velit, aut potuerit, sciverit, voluerit, quum id produceret.]

15. Cogitationum, Sermonum, Operum, extremi Terminum sunt :
 OMNIA, ALIQUID, NIHIL.

16. OMNIA Cogitationis, est totus sapientiae apparatus, seu OMNISSCIENTIA.

[In mente quidem *DEI* perfectè, *Angeli* imperfectè, *Hominiis* multiscii inchoatè, respicendens.]

16. OMNIA Sermonis, est totus Linguae apparatus, quantum ejus ad rerum omnium expressiones sufficit.

[Qualis soli *DEO* notus perfectè : nobis umbra ejus.]

16. OMNIA Operum simul sumpta, sunt τὸ πᾶν Universum : extra quod nihil relinquitur.

[Tale Universum solus *DEVS* producere potuit.]

17. ALIQUID Cogitationis (sicut & Sermonis & Operis) est aliqua ejus pars, major, minor, minima.

[Hæc ut pateant melius, præmittemus Sermonis in suas partes divisionem, utpote notiore, aut evidentiore : ad eamque accommodabimus reliqua.]

18. TOTUS Sermo nis FLUXUS sonus est, sed variè articulatus.

18. TOTUS Cogitationum PROCESSUS Imaginatio est, sed variè articulata.

18. TOTA Operis cuncta COMPAGES structura est, sed variè articulata.

[*Articulata*, id est, partibus quibusdam sicut Manus digitis, & Digitus articulis, divisa.]

19. Resolvitur quippe TOTUS Linguae APPARATUS in *Orationes majores*, seu *Libros* : omnis verò Liber (seu Oratio prolixior) in *Segmenta*, seu (ut nunc loquimur) *Capita* : Caput rursus in *Periodos* : Periodus in *Sententias* ; Sententia in *Phrasas* : Phrasis in *Voces* : Vox in *Syllabas* : Syllaba in *Litteras* ; Littera in Nihil, hoc est, in silentium.

19. Similiter APPARATUS Sapientiae resolvitur in *Scientias majores* (Mathesin, Physicam, Medicinam, &c.) Hæc rursus in *Discursus* : Discursus in *Syllogismos* : Syllogismus in *Propositiones* seu *Enunciationes* : Enunciatio quævis in *certas prædicationes* : Prædicatio in duas, tresve notiones simplices : Notio in *apprehensiones* : Prehensio in *perceptiones* seu *sensationes* simplices : ante quas nihil nisi *Ignorantia* est.

19. Ita quodvis *Universale OPUS* in *Systemata* certa *majora* resolvitur (ut *Civitas* in *Forum*, *Platæas*, *Suburbia*) & *Systema* quodvis majus in *minora* (ut *Forum* in *Curiam*, *Aream*, *Domos circumcirca*) *Systemataque minima* in *Combinations* (ut *Paries* in *junctiones*) *Combinations* verò resolvunt se in *singularia* &c. infra quæ nihil est.

<p>20. Septem ergò sunt Orationis partes, sic à minimis incipiendo) enumeratæ</p>	<p>20. Totidem humanæ Cogitationis partes, hoc sese insequentes ordine.</p>	<p>20. Septem sunt plenæ cujusque Operationis partes, ita nominibus discriminandæ.</p>
<p>1) <i>Litera</i>, soni dans initium.</p>	<p>1) <i>Persensio</i>, quâ Mens objectô aliquô primùm stringitur.</p>	<p>1) <i>Possibilitas</i>, Operi dans initium remotum, Idea.</p>
<p>2) <i>Syllaba</i> sonum complicans.</p>	<p>2) <i>Prehensio</i>, quâ Mens isti objecto insilit.</p>	<p>2) <i>Fieri</i>, aliquid in esse actu disponens, per partium præparationem (Operatio inchoata.)</p>
<p>3) <i>Vocabulum</i>, sonum denotandæ alicui rei applicans.</p>	<p>3) <i>Notio</i>, quâ sibi rem jam præceptam imprimitt.</p>	<p>3) <i>Perfieri</i>, aliquid in esse primùm perducens, Opus.</p>
<p>4. <i>Phrasis</i>, vocabula duo triave copulans.</p>	<p>4) <i>Predicatio</i>, quâ notionem notioni copulat.</p>	<p>4) <i>Combinatio</i>, structuræ dans initium : Biopus.</p>
<p>5) <i>Sententia</i>, copulatas Voces affirmans aut negans.</p>	<p>5) <i>Propositio</i>, quâ notionem de notione affirmat aut negat.</p>	<p>5) <i>Complicatio partium</i> plenior, Tri-opus.</p>
<p>6) <i>Periodus</i>, sententias pleno sensu construens.</p>	<p>6) <i>Syllogismus</i>, quô notionem è notione elicit.</p>	<p>6) <i>Complicatio partium</i> majorum : Systema minus.</p>
<p>7. <i>Oratio</i> denique plena, ex Periodis constructa.</p>	<p>7) <i>Discursus</i>, quô Syllogismos connectit.</p>	<p>7) <i>Complicatio Operis</i> ultima, quâ Opus absoluitur : systema plenum.</p>

21. Ecce partes Cogitationum & Operationum partibus Orationis satis respondent ! modò rectè attendas, ut quàm distinctissimè omnia pervidendo, nec Te nec alios confundas.

22. In partibus Orationis res valdè clara est, Nam

<p>1) A. B. C. D. &c. <i>Litera</i> sunt.</p>	<p>4) ADAM VIR, EVA MARITA, ARBOR IN PARADISO: <i>Phrases</i> sunt.</p>
<p>2) AB, ABS, DAPS, BAPST, &c. <i>Syllabæ</i> sunt.</p>	<p>5) ADAM PECCAVIT IN PARADISC: <i>Sententia</i> est.</p>
<p>3) ADAM, EVA, ARBOR, PARADISUS &c. <i>Vocabula</i> sunt.</p>	<p>6) ADAM. quia in paradiso peccavit,</p>

vit, è PARADISO EJECTUS EST: *Periodus.*

7) Cujusmodi Periodos si adagge-
ras, *Oratio erit.*

23. Similiter partes Cogitationis
discriminantur. Nam

1) Quum aliquem tuum sensum (Vi-
sum, Auditum, Odoratum &c.) ali-
quid stringit, *Sensio est* (seu *Perfensio*
& *Perceptio*) ut, si strepitum aliquem
prope te audias.

2) Quum perceptioni tali sensum
pleniùs obvertis, *Prehensio erit*: ut, si
ad strepitum illum te convertens avem
prætervolare videas.

3) Quum rem clarè, quid sit, co-
gnoscis, *erit Apprehensio*, seu *Concep-
tus*, & *Notio*: ut, si videas esse Co-
lumbam.

4) Quum duas simul notiones con-
cipis, *erit Atributio* (seu *Prædicatio*):
ut, Columba volans.

5) Si prædicatum aliquod, de ali-
quo subjecto, affirmas aut negas, *Pro-
positio est*, seu *Enunciatio*: ut, Columba
hæc volavit perniciter.

6) Si ex Enunciatione bina colligis
tertiã, *Syllogismus erit*: ut, Avis per-
territa volat rapide: Columba hæc vo-
lavit rapide: Ergo fuit perterrita.

7) Syllogismorum tandem *conge-
ries*, erit *Discursus*.

24. Nec aliter Operis alicujus ma-

25. Sequitur Cogitationis, Orationis, Operis, NIHIL.

NIHIL Cogitationis, | NIHIL Orationis, | NIHIL Operis, aut
est *Non-Cogitatio*, *Non-* | est *silentium*. | laboris, est *Otium*, *Vaca-*
cognitio, *Ignorantia*. | | *tio*, *Quies*.

joris (aut Negotii magni) partes *dister-*
minari opus est, ad pervidendum *to-*
tius processûs ordinem. Nam

1) Quicquid tanquam necessarium
optatur, & tanquam possibile concipitur,
incipit habere primum essentia
sua momentum, *Ideam* mente conce-
ptam. (Ut, si hominum colonia in ter-
ram vastam delata Urbem condendi
propositum concipiat)

2) Si manum admovere, sylvasque
cædere incipiant, incipiet *Fieri*.

3) Si mensuras adhibendo ligna ex-
surgent, ut hoc fiat *Trabs*, aliud *Tignum*,
aliud *Postis* &c. erit *formatura prima*,
Opus particulare minus.

4) Si adaptari sibi invicem inci-
pian, & connecti, erunt *Combinatio-*
nes, (bi-opera) *Systematum rudimenta*.

5) Si plura sic connectantur, ut mi-
nores ædificii partes fiant, *Pavies*, *Ja-*
nua, *Fenestra*, *Conclave* &c. erunt *Syste-*
mata minor.

6) Si pergitur strui, donec fiat Do-
mus, erit *systema majus*.

7) Domorum verò plurimarum æ-
dificatio, & per Forum Plateasque di-
visio, dabit *Sytema* (hoc in genere)
maximum, *Urbem* seu *Oppidum*.

[Ita hinc Operis *Idea primum concepta*, est
primum & minimum; *Opus ipsum comple-*
mentum, maximum. Intermedia verò illa
gradus sunt, quibus à minimo venit ad ma-
ximum. Atque ita est ubique.]

26. Nota in antecessum: *Quamlibet Cogitationis, Orationis, Operationisque partem fore tum simplicem, tum Compositam, tum Contractam.*

[Quod exemplis patecet perpetuis.]

27. Item *Participia quadam reperiri* ubique in Cogitatione, Sermone, Rebus, quod idem patebit.

CAPUT III.

TRIERTII PRAXIS TRI-UNA.

I. Quid intendat? nempe (Sermonum, Cogitationum, Operum) Copiam, Ordinem, Robur: à §. 3. ad 10. II. Per quid hoc assequatur? Per instrumenta destinata inventioni, Dispositioni, Stabilitioni: à §. 11. ad 24. III. Quomodo? Ubi Instrumentorum ostenditur Usus, §. 25. ad finem.

Hucusque TRIERTII Theoria, seu Scientia: sequitur Praxis, seu Ars.

[Theoria fuit brevior, Praxis erit prolixior? sed faciet Artifices, si non defuerit industria. Observa, Praxin hinc & Arsem subinde pro eodem sumi: si tamen distinguenda sunt; Caput hoc ostendet Arsem, sequentia novem Praxin ejus habebunt.]

2. Ad Triertii Praxin tria præcognosce: 1. QUID hinc quærat. 2. PER QUID præstandum veniat. 3. QUOMODO.

I. QUID.

3. Quod quaritur est, ut Cogitationes nostræ, Sermones nostri, Operaque nostra, bene formata sint, nullis sadata mendis.

[Quia enim DEVS Hominem fecit rationalem, admittendum non est ut aliquid irrationale cogitet, loquatur, agat: sed quomodo peritus Artifex quicquid facit concinnum est, & in opus exit, ita quicquid Omnes cogitamus, loquimur, agimus, ut concinnum sit, sine hiatu & nævo. Quantum hoc, si assequimur!]

4. Erunt autem Omnia bene normata, si quicquid (ad bene cogitandum, loquendum, agendum) opus est (1) bene inveniatur (2) bene disponatur ac formetur (3) beneque firmetur.

[Quid enim aliud LOGICUS in objectum suam, Cogitationes, possit; præterquam (1) Questitare illas, si non ultrò fluunt. (2) Ordina-

nare, si consusè fluunt. (3) Verificare, si quid dubii interduat. Nec aliud GRAMMATICVS quod agat habet, quam ut Verba (1) apta conquirat (2) aptè construat (3) conjunctionumque vinculis aptè connectat. Similiter PRAGMATICUS (1) conquirat Operi suo materiam: (2) format eam per partes, & in totos (3) demùmque vinculis stabilis & firmat.]

5. *Quæstio Logica* (INVENTIONEM vocant) est eorum quæ in rebus sunt, sed non illicò Menti patenti, artificiosa vestigatio.

Inventio Grammatica, est Verborum aptorum, ultrò se non offerentium, vestigatio & delectus.

Inventio Pragmatica, est rerum ad producendum opus necessariorum conquisitio.

[Per necessaria Artis pars est *Inventio primum Logica*. Quia MENS nostra nihil realis

cognitionis à seipsa accipit, sed à rebus: duccenda itaque est, dum rerum cognitionem quaerit, in *rerum campum*, ut ibi venationem instituat. Ubi, quia in tanta RERUM, & circa RES cogitationum multitudine atque complicatione (omnia enim coherent omnibus) sæpe utilissima obumbrantur & occultantur (ut se MENTI nisi exquisitè vestigata non offerant) vestigandi arte opus est. Similiter quia LINGUA nostra voces non à se ipsa habet, aut pro lubitu fingit, sed accipit ab aliis rectè loquentibus, aut fingit à *Mente sua*, si fuerit *sapienter*: delectu Vocum opus est ante omnia. MANUS denique nostra, quia nihil in idem rerum creat, aliunde tantum sumpta adlubitum transformat: necesse est illa sibi prius comparet ut ad manum sint, unde sumenda veniant.]

6. DISPOSITIO LOGICA, est inventarum Cogitationum (in Ser-mone autem Verborum, & in Opere materialium) in debitum ordinem *re-ductio*.

[PERNECESSARIA iterum Artis pars: æquè MENTI rerum illustratrici, atque LINGUÆ sermonis formatrici, & MANUI operum architectatrici. MENTI quippe nostræ siue ordine *confusus* & obscurus est rerum *intellectus* &c. dehinc *memoria*. Quæ Cogitationum *confusio* partim ab ipsa *Mente*, partim à Rerum *multitudine*, partim ab Argumen-torum (quæ se de singulis rebus offerunt) *varietate*, venit.

(1) MENS IPSA tricarum suarum sibi *causa* est, ipsa suarum actionum Volubilitate, quæ celeritè ab uno in aliud, non tantum vicinum sed & remotissimum (per mille saltus) transiit: & hinc rursus levissimâ occasione in aliud.

(2) Cujus transfultationis *causa* secundaria sunt *Res ipsa*, quibus se MENS obversat perpetuò: quæ cum velut infinitæ sint, varièque dispersæ, & inter se permixtæ, fit ut MENS eas percursando labyrinthos non invenire

non possit: quanto ingenium velocius, rerumque imbutum notitiâ plurium fuerit, tanto magis.

(3) Demum, tametsi in uno Objecto sese MENS figat, *infixos* tamen in re qualibet ad res alias *invenis respectus*: quos nisi cautè ab invicem determinare noverit, confusionem non effugit. Unde patet, quanto quis majorem colligit Eruditionem, tanto plus ut Methodice leges ne ignoret requiri, MENTEM-QUE ab auxiliis nusquam esse destituendam: ut ne directorio destituta extra orbitas ruat.

VERBO, vix habet majus *humana sapien-tia* quod *praestet*, quam ut quæ inveniendo è tenebris *eruit*, ea Ordinis vi sic in *lucem* fiat, ut *proles* in conspicuo sint. Nec aliter cum Verbis & Operibus comparatum est: quod nempe *prudenter ordinari*, & in systemata redigi, necesse habent, ne maneat CHAOS. Hinc illud Aristotelis, *Sapientis est ordinare*: nempe ad imitationem DEI, de quo Pythagoras: *Ouds aei yequeleē.*]

7. *Stabilis inventorum & disposito-rum hoc vult*, ut quicquid (Cogitationum, Verborum, Operum) in systema redactum est, vinculis certis ita *constringatur*: ut dissipari non possit.

[Necessarium id quoque: quia speciosissimè licet constructa, si non coherent firmiter, dilabentur, & sine usu erunt.]

8. Tres istæ Artis partes vocari consueverunt, in *Logica* quidem IN-VENTIO, METHODUS, JU-DICIUM: In *Grammatica* Verborum DELECTUS, FORMATURA, PROLATIO recta & sono quidem ORTHOTONIA, scripto autem ORTHOGRAPHIA): in Operativis artibus MATERIALITIO, STRUCTURA, SOLIDATIO. Sed cum officia horum simillima sint, pa-riter

riter dici possunt 1. INVENTIO, 2. ORDO, 3. VINCULA.

[De quibus necessaria monebuntur. generaliter quidem capite hoc, specialiter sequentibus..]

9. INVENTIO respondet Numero, quia necessaria conquirat Omnia: ORDO Mensuræ, quia inventorum quærit proportionem ad omnia: JUDICIUM Ponderi, quia nihil admittit nisi solidum.

[Unde apparet (NB) sicuti Cogitationes humanæ nihil sunt nisi Numeratio, Mensuratio, Ponderatioque RERUM: ita Logicam nihil esse nisi Numerationem, Mensurationem, Ponderationemque COGITATIONVM. Et per consequens (NB.) Logicam nihil esse, nisi Mathesin, applicatam Cogitationibus: Grammaticam, nihil nisi Mathesin applicatam sermonibus: Pragmaticam, nihil nisi Mathesin applicatam Actionibus. Quod valdè notandum: ut Artes has ad Artium Mathematicarum, & Mechanicarum, certitudinem deducendi excitetur desiderium.]

10. Tu proinde qui solerter optas

COGITARE,

LOQUI,

OPERARI,

1) Quicquid ignoras quare.

1) Quicquid vis proloqui, Voces prætigit

1) Quicquid Operi producendo servit, Collige.

2) Quicquid te confundit, Ordina.

2) Easque legitimè forma & construe.

2) Quicquid collegeris, in fabricam colloca.

3) Quicquid dubitas ruina.

3) Et Vinculis connecte.

3) Quicquid fabricaveris, colliga, & vinculis connecte.

Et liberabis MENTEM (tuam & alienam) ab ignorantia, confusione, hallucinatione, si scitè ageris.

Liberabisque Linguam ab ἀσυνία, barbarie obscuritate.

Habebisque Opus paratum, concinnum, firmum.

11. PER QUID.

11. PER QUID verò id assequemur? Resp. Quam necesse est Artificem mechanicum habere actionum suarum Instrumenta certa, tam necesse illa hinc (in arte Cogitationum, Sermonum,

Operum) non deesse Instrumenta dico, ad 1) quicquid opus est inveniendum, 2) & quicquid inventum est ordinandum, 3) & quicquid ordinatum est solidandum.

12. Quæ instrumenta communibus designari possunt nominibus,

ut dicantur { INVENTARIA } rum { Cogitationum } De quibus hinc { §. 13.
 { ORDINATORIA } rum { Sermonum } { §. 20.
 { STABILITORIA } rum { Operum } { §. 23.

13. INVENTARIA Cogitationum sunt 1. *Sensus*, 2. *Rationes*, 3. *Aliæque Relationes*.

[Hoc est, Cogitationes de *Rebus* quærimus, aut in *Rebus* ipsis, *sensu* duce: aut in *Mente* nostra, *Rationis luce*: aut in alienis experimentis, *Relationis ministerio*, dum huic aut illi rem sic vel sic narranti fidem habemus.]

14. INVENTARIA Vorum, sunt aut *Libri* (Lexici vel alii) aut *Ingenium* (ut fuit Adamo nomina rebus indenti) aut denique *Ufus Vulgi*.

15. INVENTARIA Materialium sunt rerum *Sylva*, aut *Officina* propriæ, aut *Fora* vel *Taberna*, ubi quis necessaria Operi suo coëmit.

[Ut si quis Domum ædificare velit, materiam quæret, in *Sylvis* & *Lapidinis*, aut *Læteraria*, aut emet allata aliundè.]

16. Ac licet sensum obvertere rebus, Rationem cogitationibus, Fidem relationibus, non magnæ videatur artis, bonum nihilominus erit *particularis Inventionum scalas habere in promptu*: ex. gr. in *Logicis*, ad promovendum Cogitationum copiam, per 1. *Sensus*, 2. *Rationem*, 3. *Testimonia*.

[Similiterque *condi Regula* possunt de Verborum copia comparanda. per 1. *Vulgium sum*. 2. per propriam *ὀνομαστικὴν*, 3. per *Authores*. Sicut & de Materialium paratura.]

17. *Scala sensuum* est, quâ nobis sensuales indicationes ponimus ob oculos: quid nempe de re ad considerandum suscepta dicere possit *Visus*, vel *Auditus*, vel *Olfactus*, aut *Gustus*, & *Tactus*: ut ne quidquam horum prætercundo rei cognitione perfectâ

(quanta usque haberi potest) nos privemus,

[Similiter *ſ* *Voces* quærentur, videndum quomodo rem eandem expresserit hic, iste, ille. *Si materia* Operum quæritur, quid hæc, illa *Sylva*, vel *Officina*, vel *Taberna*, promittat.]

18. *Scala Rationum* seu intellectus (vulgò sola nomine *Locorum Inventionis* indigitata) non alia est melior quàm in *Rerum classes in Metaphysica deprehensa*.

[Sed relatæ in *Quæstiones*, *An? Quid? Unde? Quando? Vbi? Quantum? &c.* usque ad *Defectus*, *Degenerationes*, *Monstra*, omnesque *Combinations*, & *Conglobationes*. Deducto enim per omnia hæc *Thematè*, *omnia* quæ de illa re unquam *cogitari*, *dici*, *scribi poterunt*, & adhuc *possunt*, *MENTI* se offerre poterunt: moad id scias, diligentiamque adhibeas. De quo paulò post monebitur. *Artes τῶ ὀνομαστικῶν*, & de *Officinis* materias parandi, nondum ad similes *Tabulaturas* redactæ sunt: reduci autem nihil vetat, si æquè sit opus.]

19. *Scala Testimoniorum* est, quâ nobis quicquid idoneis relationibus colligi potest, ob oculos ponimus. Nempe *quid de re* (ad deliberandum suscepta) *dicat*, aut *dixerit*

1) Hic vel ille privatim.

2) *Vulgus* hominum, sive rumor populi.

3) *Sapiens* aliquis, aut *fide dignus* Historicus.

4) *Lex publica*.

5) Vel *consuetudo publica* (quæ *ta-*
citæ Legis vim habere videtur.)

6) *Ange-*

6) Angelus aliquis, bonus vel malus.

7) DEUS denique ipse.

[Similiter si *Vox* quædam, aut *Phrasis*, vel *Gnoma*, vel *Historia*, aut integra de hac vel illa re *Oratio*, quæritur: inspiciendus est hic, iste, ille Author, talia tractans, Sicut & dum ad opus Materiâ, opus est, hic, ille, talium materiarum parâtor, aut venditor.]

20. Ita de INVENTARIIS, quorum ope utilissima quæque inveniri possunt: sequuntur ORDINARIA & STABILITORIA, quorum adminiculô inventa quæque in ordinem digeri queant Systematicum.

[Συστήμα Græcis vocatur, quarumcunque rerum *compositio* talis, ubi partes in Toto suo ita sunt coordinatæ, ut communi scopo serviant omnia; inter se autem connexa sic, ut unumquodque agat quod debet impræpedite; motoque uno moveantur omnia. Ita DEI opera omnia systematica sunt, Cælum, Terra, Animal quodvis, Planta quavis: sicut & Artificum soletter facta Opera, Currus, Navis, Horologium, Cithara, Exercitus bene ordinatus &c. Ad talem igitur accurati Systematis faciem uti reducatur omnis *Cogitatio*, & omnis *Oratio*, & omne *Opus*, optandum & annitendum est: talisque *Methodus*, quæri hic incipit. Hoc enim *totum* est in quo Sapientia nostrum sub cælo versatur, *Systematicè* posse cogitare, loqui, operari.]

21. *Systematicus Ordo* erit, si quicquid materiarum collectum est, ad rationem Circuli (suum centrum, radios, circumferentiamque habentis) reducatur.

[Methodum prædictam œcepimus optare immutabilem: ut, si quis vel rumpatur variandi libidine, non possit, sicuti ea quæ *Trigoni*, *Quadrati*, *Circuli* essentiam constituunt,

variari nullô modo possunt. Ut, quod *Circulus* ex *Centro*, & *Circumferentia*, & *Area*; *Centrum* verò cum *Circumferentia*, è septem radiis, *constituantur*: & quæ ibi ampliùs immotæ sunt veritatis: Talem ergò Methodum eja jam inquiramus!]

22. *Circuli rationem* habebit *Methodus*, si quicquid *vestigatum* (aut evestigatum jam in luce positum) vis, ejus primò *figas centrum*, h. e. *quaras* & *ostendas*, *essentiam*, explicatam *Definitione*; Tum *protendas radios*, h. e. *explices ingredientia*, ex quibus complicatis talis *essentia* exurgit, *Demum circumducas peripheriam*, (*circumferentiam*) h. e. *species ostendas* quæ sub tali toto continentur, suis à se invicem *differminata differentiis*.

[Ex. gr. *Animalium naturam* vestigando, primùm *quare essentiam*, quid nempe talem naturam constituant: inveniesque esse *αὐτοζώντων quiddam per se loco mobile*. Debinc, *per quid* talis natura constituatur? *Inveniesque* (& ostendes) tria hæc necessariò requiri. 1. *Animam robustiorem* quàm est in plantis; *corpus* suum ferre valentem. 2. *Organa Motûs*, pedes, alas, pinnas, nervis & tendinibus instructa. 3. *Sensus* foras procurrentes, tanquam motus directoria. Demum *Differentias* *Animalium*, à motûs forma desumptas, explicabis: quod alta sint reptilia, alia gressilia, natatilia, volatilia. Ecce *Methodus Animalem naturam vestigandi* & *explicandi* & *explicanda* *summa*. I. QUID? II. PER QUID? III. QVOMODO? Ad quas quicquid in ullo Animalis, ullo sensu deprehenderis, aut ullâ Ratiocinatione, assequutus fueris, aut in ullo Authore legeris, referri poterit sine ulla exceptione. Si verò illa in essentialem istum redegeris Ordinem, nihil erit ordinatius.

Similis esse poterit, ac debebit *Orationum* & *Operationum Ordo*, ut *essentia* (tanquam

Cen-

Centrum) *speletur* primò: tum *necessaria ingredientia* stabiliantur (tanquam essentiam fulcientes radii) demum *Differentia* quæ haberi possunt, essentialibus nullibi sublatis, accidentali tantùm modificatione variatis, & specificatis.]

23. **STABILITORIA** *instrumenta* sunt *certa* Judicii *norma* secundùm quas Cogitatione, Sermone, Opere, num recte facta sint, judicari potest.

24. *Hæ* Judicii *norma* sunt *tres* *Quæstiones*, adhibendæ ubique, **AN**, **QUARE**, **NUMNE** hoc vel illud obstat? seu, Nonnè melius foret hoc vel illud?

[Tres hæ *Quæstiones* omnibus particularibus *Quæstionibus* junctæ, mirum in modum Cogitationes, Verba, Opera multiplicant, Ordiniq; meliùs constituendo ancillantur, verificandis tamen rebus inserviunt primariò. Dum quicquid usquam (inter cogitandum, sermocinandum, operandum) occurrit, **AN** **ID?** & **QUARE** **ID?** & **NONNE** **HOC** vel **HOC** **POTIUS?** examines. **AN** **IBI?** **AN** **TUM?** **AN** **TOT?** **AN** **TANTUM?** **AN** **TALE?** &c. Item. **QUARE** **IBI?** **QUARE** **TUM?** **QVARE** **TOT?** &c. **NONNE** **POTIUS** hoc vel illud &c. Non dimittendo tale examen, donec omnibus circa omnia quæsitis quæsitis satisfactum fuerit.]

III. QUOMODO?

25. Hucusque *de Instrumentis* normandi Cogitationes, Sermones, Opera: sequitur **QUOMODO** *hæc instrumenta & norma* prudenter adhibenda sint, ut quicquid moliris non procedere non possit.

[Habere enim ad aliquid media, & illis necesse uti, res est inutilis. Videamus igitur *quomodo* *Inventionione*, *Methodò*, *Judicioque* rectè *usendum* sit.]

26. Est autem iis utendum **1. PLENE** **2. ORDINATE**. **3. CIRCUMSPECTE**, ac **SOLIDE**.

27. **PLENE**: ut in rebus arduis nihil non tentetur, quod ad Omnia plenè inveniendum, essentialiter coordinandum, firmissimèque stabilientium, facere possit.

[Verisimum hic erit *Pœtæ* illud, *sub qua non spes gurgite, piscis erit*. hoc est, vel *minimus cinctus aas subcinctus* (seu quæstio & subquæstio) *magnis quandoque mysteriis designandi ministrare potest, & solet, occasionem.*]

PORISMA.

I. Ergò dum quid seriò quæris, totam Sensuum, Ratiocinationum, Testimoniorumque scalam pertransi.

II. Dum quid optimè ordinatum vis, totam Circuli (vel alterius cujuscumque systematis) rationem expende.

III. Dum quid firmissimè solidatum vis, omnia eò servientia adhibe.

[Nempe *de Rebus* accuratè cogitando. *De accuranda* *Oratione*, vel opere, idem *judicium* esto: quia omnia hîc, illîc, similiter se habent.]

28. **ORDINATE** verò procedas necesse est, ut ne te confundas, nevé aliquid transiliendo amittas. *Ita ergò procede.*

1) *Scalas Inventionum pertranscundo*, mox *configna*, & *in chartam conjice*.

2) *Non tamen in congeriem*, sed prout *differentias* rerum *observare* incipies, (ita eas sub *certain* quasi *Classes* dirigendo) ut jam *ipsa hæc talia collectanea* quoquò *modò ordinari*, & *diversos* sub *titulos redigi*, incipiant.

3) *Cùm*

3) Cùm nihil ad eò colligendum restare videbitur, *digerere intipe*: hoc est *inchoatam dislocationem absolue*. Quod fiet, si collecta revidendo num ad unum Totum omnia redigi patiantur, expendas: illudque totum in basin, seu centrum, constituas.

4) Sin, ad Duo vel tria capita ut revocentur omnia, vide.

5) Principalibus ita constitutis, *reliquam collectorum sylvam relege*, omniaque melius *dispice*: eò sine, ut jam homogœna omnia sub classe sua conveniant, heterogœnum ingreditur nihil: eò quo principalium partium confusio jam absit omnis.

6) Demum accuratius *singula*, etiam *minima*, *fontibus suis* (unde fluunt) *subordina*. Cujus rei tres sunt formæ (1) Quæ simpliciter sese consequuntur, ea sic quomodo se consequantur pone, *Primò, Secundò, Tertio Quartò &c.* sine ulla transpositione. (2) Quæ se ad alia referunt (ut partes minores ad majores, majoresque ad totum) illa ita coordina, ut cuique rei sua omnia adhæreant. (3) Quæ autem se contra invicem librant, ita invicem contra pone, ut libratio evidentissime pateat.

[Quod in *proasi* & *apodosi*, medioque vinculo, *facile*: nec *difficile* in *septigrada* a *libratione*.]

29. *Circumspicere ages*, si (tùm inveniendo, tum ordinando, tum judicando) inter supinam negligentiam, superstitiosamq; diligentiam, *via incedas mediâ*: de quo sequentes accipe Canones.

DE INVENTIONE CIRCUMSPECTA, CANONES.

30. I. *Sensu colligimus multa, Ratione plura, Relationibus alienis plurima.*

[*Corporalia* enim omnia prehendantur *sensu*: at *Intellectualia* longè plura sunt, quæ solus interior MENTIS *oculus spectare potest*. Quæ autem alienis historicis relationibus ad nos *perferuntur* (præsertim singularia & individua) *infruisa sunt*: qualia nisi etiam in scientiæ thesaurum admitteremus, scientia nostra per quàm angusta foret. AUGUSTINUS de *Utilitate Credendi Librum conscripsit*: quò pleraque nostra fide constare, omnium hominum exemplo probat, *qui Patres suos ut verè suos venerantur, cum tamen Patrem suum esse hunc vel illum, nemo scire ulla sensu aut ratione possit, tantumque id Matris interpositâ autoritate credit*. DE MATRE verò nec *Matris creditur, sed obstetricibus, nutricibus, famulis*: quia potest *fœtus* in partu, vel post partum, *furiò auferri*, aliisque *suspens*. Atque tùm potest *Mater* quoque ipsa *decipi*, *deceptaque* alios decipere. Hæc ille, prædicto libro Cap. XII. Subdit autem: *Multa possunt adferri, quibus ostendatur, nihil omnino humana societati inclusive remanere, si nihil credere statuerimus, quod non possumus tenere perceptum*. Relationibus itaque historicis carere nullo modo potest LOGICA, & quicumque multarum rerum notitiam quaerunt.

NB. Sic & *Verba* (Phrases, sententias, integraque Orationes) *paucæ habentur ex nobis ipsis, plura è Libris, plurimæ ex Vulgari usu*: ut cui cui ore prompto esse libet, is multos legere libros, aut conversari multis, necesse habeat.

Similiter Operum *materias, paucas accepimus* (ut res in *Curfu* sunt) *à propria paratura*; *plures è sylvis verum recens casis: plurimas à Venditoribus*, ubi quæ se offerunt.]

31. II. *Inventatio Cogitationum per alienam Relationem compendiosissima est, si fatis fida. Sicut & Verborum venatio, in Lexicis: Materiarumque emitatio in Foro, aut Tabernis.*

[Citra enim propriæ vestigationis molestiam, permulta cognoscere datur, si cui audire aut legere multa, libuerit, sed subest sæpe fidei lubricitas: sicut & in Lexicis, venundatisque publicè Materiis: ut multa circumspèctione fit opus.]

32. III. *Inventatio per proprium sensum operosissima est*: sed certa, si legitima. Similiter Vocum in Authoribus bonis venatio difficilior, sed facit Sermonis certiores: sicut & Materiatio, quæ in ipsis fit Sylvis, delecta prudenti.*

[* Operosa imprimis, si sensu examinandæ res ad manum non sint: aut ad illas non facilis detur accessus: ut ad Antipodas, & in Terræ viscera, & ad Sydera &c.]

33. IV. *Inventatio Cogitationum per propriam Ratiocinationem, compendiosa simul & facilis est, si benè normata ut ne fallat.*

[Ratiocinandi enim actus, semper nobis præsens, ex vasta divinæ Sapientiæ in nobis depositæ abyssò (in quantum imago capit) semper aliquid depromere, MENTIQUVE speculandum offerro, potest, modis infinitis. Non benè tamen normato discursatrix hæc facultas in infinita avia deferri, eoque quod nulloquam est fingere, aut circa res incertas errare, potest.]

Ita si quando *Viro sapienti τὸ ὄνομα τὸν ὀφθαλμὸν ὁμοίωσι* occasio venit, infinitis id modis licet: sicut & Operum materiam sibi parare satis promè humana potest industria. Ut cum ad ædificandum *Turris Babel* in plantis Camporum *Sinear*, lapides deessent, inventus est modus lapides factitios formandi. Gen. 11. vers. 3. &c.]

34. Jungi verò Inquisitiones illæ sic possunt, ut (1) alienæ Relationes faciant initium (2) excitataque in nobis Rationis vis verisimilitudinem eorum quæ offeruntur examinet (3) tandem tamen ne vel alienæ incertæ Relationes, vel propria sine re phantasmata, illudant, ad *sensum* est veniendum, qui num ita res ipsa habeat quomodo eam Ratio aut Relatio pingit, cognoscat.

[NB. Similiter *Sermone daves erit, qui cæm Lexica tùm Auctores ipsos diligenter evolvet, propriisq;æ perpetuis sententiis, & exercitiis, omnia firmaverit.*

Nec *Materia* deerit Operibus illius, cui & Venditores adeundi, & Sylvas cædendi, & Materias sibi per propriam industriam (in casu necessitatis) parandi, non ignoti fuerint modi.]

AXIOMATA.

I. *Alienis tantum inventis inherere, ignavum quid est.*

[Sive *Cogitata* spectes, sive *Sermones*, sive *Opera*. Generosi Canes per Campos & saltus feras persequi, quam per sterquilinia colligere Coria, vel rodere Ossa, malunt.]

II. *Sensibus tantum adherere, humile quid & plebejum, neque se in longum porrigens est.*

[Patet plebis exemplo, & eorum qui *Cogitationum*, *Sermonum*, *Operum* materias & formas non aliunde mutuantur, à seipsis tantum sumunt, nihil non plebejum producentes.]

III. *Rationibus indulgere solum, Rebus ipsis ad sensualia experimenta non deductis, illusionum via certa.*

[Sicut & in *Sermone*, si quis seipsum tantum semper imitari, aut materias Operum proprio semper labore (velut *Aranea* visceribus suis)

(suis) sibi parare, veller, pauper erit, seque subinde ridendum dabit.]

IV. Ergò *Cognitionis principia jungi, cuiussum.* sed ita, ut ab aliena (rectè percepta) narratione per propriam, lucidam ratiocinationem, in sensualem Veniatur experientiam: quâ quis rem ipsam exactè tenens, sciat se scire quod fecit, non opinari.

[Similiter, Eloquiis & Operum potens nemo evadet, nisi qui alienis exemplis adjutus, rationibusque omnium (quomodo quid fiat) perceptis, propriis experimentis sese ad habitum usque firmum exercitaverit.

NB. *Consilium hoc adeò utile est, ac certum, ut ne quidem in divinis ad-plerophoriam Fidei, charitatis, Spes, veniat quisquam, nisi* (1) Revelatis fide, Mandatis obsequio, Promissisque spe firma (ob autoritatem DEI) exceptis. (2) simul etiam Fidem suam, Obsequia sua, Spemque suam, intelligere piè laboret: (3) tandem tamen omnium illorum certitudinem praxi propriâ, perpetuâ (Omnia revelata credendo, Omnia mandata faciendo, Omnia promissa spe contra spem amplectendo) experiatur.]

DE INVENTIONE UTILIUM TESTIMONIORUM.

35. TESTIMONIA colligimus, aut *interrogando* quos esse credimus conscios; aut *legendo* talia narrantes Libros: aut *attendendo* cuius tale quid offerenti.

DE INVENTIONE SENSUALI EXPERIENTIA.

36. *Sensum* indagatorem adhibemus, *cognoscere* avidi.

(1) An sit aliquid: *circumspectando*, *auscultando*, *odorando*, *gustando*, *prehendendo* & *palpando*, (2) Quid sit, *analy-*

sando. (3) Quando sit, *attendendo*. (4) Ubi sit, *vestigando*. (5) Quot sint res, *numerando*. (6) Quantæ, *mensurando*. (7) Quid res velit, aut possit, aut sciat *examinando*. (8) Quid agat, vel (9) patiat, *observando*. (10) Quem Ordinem habeat, *disponendo*, rursusque *componendo*. (11) Quem Usurum, aut (12) Jucunditatem, *explorando*. (13) Quomodo deficiat, aut (14) degeneret, & (15) quibus jungi possit aut non possit, *experiundo*.

DE INVENTIONE UTILIUM, RATIONIS VI.

37. Deduc Thema tuum per totam *Rerum* scalam, & quicquid Enti universaliter inest, id in Themate tuo quære, *quadrifariam*. Attendendo nempe, 1. Quid esse possit, 2. Putetur, 3. Debeat, 4. Sit verè: & invenies mira.

[Oritur hoc ex *quadruplici Veritate*, *Metaphysica*, *Physica*, *Ethica*, *Logica*, Vide *Metaph.* Cap. XIV. §. 12.]

DE CIRCUMSPECTA ORDINATIONE (DISPOSITIONE, STRUCTURA) CANONES.

38. I. In re *confusa ordinanda* (sive sit *Cogitatio*, sive *Sermo*, sive *Opus*) semper à *fundamentalibus* incipe; tum illis alia *necessaria* adordina; demum minus *necessaria* subordina.

[Sive: *Essentialia* pone pro *scopo*; *Ministerialia* pro *mediis*; *Accidentalibus* pro *agendis modis*.]

II. A *Fastigio* nunquam incipe, à *fundamento* semper.

[PORISMA. Ergò, *Mulò minus à paveris* : Ergò ipsum rectè ordina.]

III. *Ab ignoto nunquam inchoa; sed per notiora in minus nota, indeque demùm in ignota, collima.*

IV. IN THEORETICIS incipe à *Toto (& Genere) perque partes minores (& species proximas) in minimas progredere quousque datur (ad individua usque & atomos.)*

V. IN PRACTICIS contra, incipe à *minimis & simplicissimis, perque compositorum a minima tendere in maximè composita.*

[Ex. gr. *Prius* discere (& docere) formare Litteras, quàm Syllabas aut Vocabula: & *prius* Vocabula, quàm sententias &c. Ita Discipulus *prius* sit Discipulus quàm Pædagogus, & Pædagogus, *prius* quàm publicus Præceptor, & Præceptor *prius* quàm Rector. Sic in manibus *Politicis, Militaribus, Ecclesiasticis.*

VI. *Quicquid construitur (Cogitatio, Sermo, Opus) Systema sit: omnia sua secum habens, alienum nihil: & unumquodque loco suo, non alieno: & omnia firmiter connexe.*

[Ut nullis additamentis, novisque transpositionibus, & accessoriiis vinculis, opus sit.]

VII. *Nativus Rerum Ordo rectè observatus, est in Cogitando filum Ariadnes, adversus evagandi periculum & errores cancelli optimi: in Sermonem autem clavus intelligentiæ & memoria panacea: in Operando denique clavus, & à dissipationis metu præmunimen fortissimum.*

[Non ignorandæ tamen sunt etiam ab Ordine *deviationes*, quæ *in anomalè & monstròse cogitatus, dictis, factis* ab imperitiis admittuntur, ut *facilius agnosci & caveri pos-*

sint: nisi admiffa olim usu recepta sint, ut in anomalis Linguarum videre est, præveque molitii moribus, quæ difficulter evitantur.]

93. *Ostendendi itaque erunt etiam defectus & monstra inscitæ cogitantium, loquentium, agentium*

[Si rectè *Pensativæ* doctrinæ Sylogisticæ Sophisticam jungunt doctrinam ad facilius deceptiones cavendum: cur in aliis *Logica* partibus non fiat idem? Atque si *monstra* id genus rectè monstrantur in *Logica*, cur non pariter in *Grammatica & Pragmatica*? Non quasi de *Artis* necessitate id sit (rectum enim mensura est sui & obliqui) sed ad facilius aberrationes intelligendum & cavendum: atque ut pateat, unde tam crebro humana molimina frustrationem patiantur. Tamen si ergo *Trientii Monstra* non studiosè persequi proponamus: si tamen alicubi è latebris protrahi contigerit, ne cui *Artis* leges violasse videamur præmoneo.]

DE CIRCUMSPECTE JUDICANDO, CANONES.

I. RATIONE INVENTIONIS.

40. *Unicuique hiatus occurrit, ut res (aut mentis Conceptus, & Sermo, vel Opus) immediatè non cohereant, ibi ad rerum plenitudinem aliquid deficit; aut aliquid impertinens illapsum juncturam impedit.*

[Ergò si quid deficit, quæretur & supplicetur: si impertinenter abundat, amoveatur.]

II. RATIONE ORDINIS ET STRUCTURÆ.

41. *Ubiunque datis ingredientibus omnibus, res tamen (aut rerum sensus) suâ sponte fluunt, ibi dispositionem partium in Toto non esse legitimam, indicium certum.*

[Si enim *Systematicè* composita *Res* esset; datis

datis requisitis procederet, sicuti procedit *Horologium, Curvus, Musicum Instrumentum, &c.* Ergò Dispositio tentanda aliter: neque structuræ transformatio deferenda prius, donec *Systematis accipiat formam: & accepisse, res ipsa testimonio sit.*

III. RATIONE VINCU-
LORUM.

42. Si datis requisitis omnibus, eorumque dispositione legitimà, res nihilominus non procedat, culpa erit aut in vinculo-
rum defectu, aut laxitate, aut rursus nimio rigore.

[Quò deprehensò, quod deest, supple-
ndum: quod laxè adest, constringendum; quod
verò nimis constringit, relaxandum: ut ad de-
bitam plenitudinem, ordinem, statumque
commodum veniant omnia.]

44. Idem obti-
net in formando
Judicio. Nempe,
si non vis falli

{ Discursu,
Syllogismo,
Enunciato,
Prædicatione,
Conceptu,
Prehensione,

} vide ne
fallaris

{ Syllogismo.
Enunciato.
Prædicatione.
Conceptu simplici:
Prehensione.
Primâ Perfectione.

[Simile est iudicium de Sermonibus. Nempe
ut si velis excellens fieri Orator, operam
des primùm Periodi artificia teneas exquisitè:
si Periodi, Sententiæ; si sententiæ, Phrascolo-
giæ &c. Quod & in quavis Operum Arte ob-
servandum.]

45. *Premittemus tamen doctrinam
de Ignorantia, Silentio & Vacuitate, seu
Otio.*

[Tamet si enim Ignorantia non sit scientiæ
pars (sicut nec silentium Orationis, Otium
Operationis) quia tamen sunt terminus à quo
incipitur, lucis aliquid accedet ab hoc termino
incipi.]

43. Ita sunt *praxeos TRIERTII* par-
tes tres, *Inventatio, Ordinatio, Robo-
ratio*: quas sic generaliter præcognitas
applicabimus ad omnes *Cogitationum,
Sermonum, Operumque* partes & gra-
dus, ituri à minoribus ad majores.

[LITERAS enim formari necesse est, ut
formari queant *Syllaba: & SYLLABAS, ut
Voces: & VOCES, ut Phrases: & PHRASES*
ut *Sententiæ: & SENTENTIAS, ut Periodi:
& PERIODOS, ut totam Orationem* aptè
concionandi, tradi queant, rectèque intelli-
gi, Leges. Quod idem in *Arte Cogitandi & O-
perandi* si observabitur (ut eatur gradatim, &
à minori ad majus) procederet res feliciter. Si
nempe discursu esse vis promptus, exercita-
tum te prius reddet in doctrina syllogistica. Et
quia syllogismus ex Enunciatis constat, prius
in Enunciationum doctrina &c. &c. &c.]

46. *Subjungemus denum doctrinam
de tota Sapientia, de tota Lingua, totoque
Occupationum vita apparatu.*

[Nempe tanquam terminum ad quem ten-
ditur, & de quo ut quisque iudicare discat in-
corruptè, interest.]

47. Et quia à rudimentis itur ad
fastigia, *premittemus doctrinam de Ru-
dimentis*: addemus verò fastigii apicem
(in sapiendo, eloquendo, operando
trinum, *Celeritatem, Elegantiam, &
Soliditatem; Capitibus penultimis,
XIV, XV, XVI.*

DE RUDIMENTIS TRIERTII.

Scopus TRIERTII CATHOLICI est, auxilia hominibus parare ad facilius imitandum summum artificem, DEUM: in producendis etiam amplitudinis (quantum possibile) Cogitationibus, Sermonibus, Operibusque nostris.

[Quod enim CHRISUS dixit, *Estote perfecti sicut Pater vester in calis perfectus est* (Math. 5. 48.) non solum ad Virtutes spirituales, sed ad omnia accommodandum est. Ut nempe quemadmodum illius omnia perfecta sunt, & sine mendis, ita & nostra esse allaberemus: ad præcavendum ubique vitia, defectus, monstra: speciatim tamen in *Cogitatione* errores, in *Sermone* sollicitissimos, in *Operibus* mendas.]

2. *Quæ Perfectio trino gradu spectatur.* Infimo ut *inchoata*: mediò, ut *completæ*; summo, ut *ad perfectionem deducta*.

3. *Perfectio inchoata* spectatur in *Compendiis*, seu *Rudimentis*, cogitandi, loquendi, operandi: *completa* in *Systematibus* plenis: *completissima*, in *summa* Cogitationum, Sermonum, Operumque *celeritate*, *elegantia*, *soliditate*.

[Quam perfectionum gradationem etiam suo modo in Operibus divinis spectare est, à rudimentis ad fastigia usque. Ex. gr. in *Mineralium regione*. Perfectum est (suo gradu) *ferrum*, *plumbum*, *stannum* habentia omnia quæ metallum esse faciunt metallum: *perfectius* tamen est *argentum*: *perfectissimum aurum*. *Perfectum animal* suo loco est *vermis* (habet enim quæ animal habere debet, vitam, motum sensum): sed *perfectius* quod pluribus, distinctioribusque est organis vitæ, motus, sen-

sumque, instructum, ut *Mus*, *Bos*, *Aquila*, &c. *perfectissimum* denique *Homo*, cui interminabilis vitæ radices additæ sunt, *Immortalitas*: & motus undique spontanei ac liberi potestas, præterque sensuum usum, *Rationis* quoque lumen, quò ad absentia quoque ac abscondita penetrandi potestas datur. Similiter quodammodo apud nos se habent *Artium Rudimenta*, *Systemata*, *Fastigia*.]

4. *Rudimentorum perfectio non in eo consistit, ut partem dumtaxat aliquam Systematis explicet, sed Totum systema summam: ut essentialia omnia pervideri possint. Nec id obscure ac intricate, sed evidenter ac lucide; ad rei summam clarè perviderendum.*

[Peccatur hæc sæpè: dum Compendii loco, fructum aliquod Artis tantum datur: illudque sæpius verbis tam impropriis ac obscuris, ut Discens quid fiat vix harrolari possit. Quò sensu verissimè dictum est, *Compendia dispendia*: non verò si Compendium Totius Artis delineationem brevem clarè exhibeat, eoque non tenebras & nauseam, sed lucem & Artis amorem, mentibus afferat. Nempe ad imitationem DEI & NATURÆ. Ita enim *Arbuscula* recens plantata, illicò sursum & deorsum operatur, ut mox primo anno totam repræsentare videatur Arborem: & *Pullus* in ovo, non ab elaborando uno aliquo membro, sed à lineamentis omnium membrorum quæ Avis aatura requirit, incipit: postea demum gradatim omnia perficit &c.]

CAPUT. V.

DE ARTE IGNORANTIÆ, SILENTII, OTII.

Incipiamus ab IGNORANTIA, unde omnis humana incipit *Cognitio*: & à SILENTIO, unde omnis exorditur *Sermo*: & à QUIETE, seu Vacuo, unde omnis *Motus* & Operatio.

[Nempe ut jam à limine cautiessè, deceptionemque cavere, incipiamus. Quippe *Nihil estiam decipere potest Intellectum, non rectè intellectum*. Et Silentium potest nocere, non rectè adhibitum: sicut & *Quies* ac *Otiū*, ubi *Motu* & *Labore* opus. Ergò sicuti *Doctrina de Nihilo non est de nihilo*, quia ad meliorem Entis cognitionem servit: ita nosse *Ignorantia sua rationem, bona scientia, Eloquentia, salutaris que pars est*. Et quia *Opus* optimè incipit à Vacuo (unde Aristoteles privationem inter rerum principia posuit): & *Sermo* à silentio (in rerum enim strepitu non bene sermonem ordiaris, continues aut finias): ergò & doctrina de *Cognitione, Sermonem, Opere, ab Igno rantia, Silentio, Vacuo, incipiat*.]

2. *Ignorantia* est, ubi nihil *Scientiæ* } est: nempe } Mens concipit.
Silentium est, ubi nihil *Sermonis* } ubi nihil } Lingua sonat.
Vacuum (*Quies*) est, ubi nihil *Operis* } } Manus operatur.

[Sive, ubi *Mens* nihil cogitat aut intelligit: *Lingua* vel *Calamus* nihil pingunt: *Manus* & aliæ *Facultates* nihil reale efficiunt.]

3. *Ignorantia* venit ab *Amentia*, ut, in sensibus capto: vel ab *immaturitate ingenii*, ut, in infante: vel à *negata discendi occasione*, ut, barbarè natis & educatis.

Ax. I. *Amens non percipit.*

II. *Sensuum nondum compos, nondum percipit.*

III. *Cui nihil percipiendum offertur, nihil percipit.*

4. Similiter *Silentium* oritur, aut ex *linguitate*, ut, in muto, linguam habente ligatam: aut ex *idiomatis ignorantia*, ut, si ad nos subitò deferatur *Indus*, mutus erit: aut denique ex *rerum anonymia*, ut, si quis (linguâ etiam notâ) omnia & singula *Arenæ granula*

nominare jubeatur, obmutescet necessarîo.

Ax. I. *Mutus non loquitur.*

II. *Ignarus hesitanter loquitur.*

III. *Res innominata non nominantur.*

5. *Operis Vacuitas* oritur, vel ex *Organorum defectu* (ut, si *Surdus* *Musicæ* non auscultet, *Molitor* molâ destitutus non molat &c.) vel ex *Organorum ineptitudine* (ut, si recens natus, *Luci*, aut *Musicæ*, se non obvertat; & *Molitor*, molâ corruptâ, non molat &c.) Vel ex *defectu objecti, aut occasionum* (ut, si quis sensibus valens, in solitudine, aut tenebris, nihil videndum, audiendum, agendum, habeat, *Molitorique* nullum sit frumentum. Sic in *Evangelio*, *Operarii* toto die in foro stantes, sui rationem reddunt, quod se ad *Operas* Nemo conduxisset, *Matth. 20. 7.*

Ax. I.

Ax. I. *Sine instrumentis, Operatio nulla est.*

II. *Instrumentis corruptis, Operatio corrupta est.*

III. *Ubi nihil est quod agatur, nihil agitur.*

[Aliter sic accipe. Ignorantia, Silentium, Otium, veniunt

à defectu τῆ } POSSE: ut in Amente, E
lingue, Manco.
SCIRE: ut in Infante, Bar-
baro, Artis ignaro.
VELLE: ut in Misomuso,
Merofo, Ignavo.]

6. *Cæterùm quia sicut Nihili nulla est essentia, nullaque accidentia, & nullus finis, materia, forma &c. ut neque strui, neque alteri adstrui, aut cum aliis construi, possit: ita & Ignorantia nulla per se scientia, Silentii nulla per se structura, Otii nullus usus: nec ergò est quod de illis: cum usu dici possit.*

[Per se dico: quia per accidens & Ignorantia, & silentii, & otii, usus aliquis esse potest: & quidem aliquando perelegans. De quo tria condo Aziom.

Ax. I. *Nescire quædam, interdum expedit.*

II. *Tacere, interdum est salutare.*

III. *Vivibim desistim, aliquando utile est.*

Ex. gr. Mortis suæ horam ignorare quemque nostrum vult DEUS, ut ne ad securitatem abutamur: Tacere pios in impiorum consortio jubet, ut ne culpæ consortium trahant. Potestatem res agendi alicui negat, ut ne nocere possit &c.]

7. *Hoc tamen observâ: quod quemadmodum in Metaphysica omne Aliquid à nihilo incipere, & in illud desinere, illòque penetrari, vidimus (Cap. IX.) ita Scientia nostra ab Ignorantia in-*

cipiat, & in Ignorantiam desinat, & Ignorantia permeetur: sicut & Sermo à Silentio in silentium, & Operatio à quiete in quietem, incipiat & desinat.

Ax. I. *Omnis Scientia nostra ab Ignorantia incipit, & in illam desinit, ab illaque permeatur undique.*

Incipit: quia Scientiam nemo secum affert. Desinit: quia quantò quis plus cognitionis luce irradiatur, tantò plus humanæ Ignorantiæ abyssum agnoscit. (Eccles. I. 18. Hinc illud sapientissimi Socratis: Hoc unum scio, quod nihil scio.) Permeatur deniq; quia nemo hominum ullam rem ita novit, quin in eadem plura ignoret. Cujus Ignorantiæ suæ notitiam, rectè Doctam Ignorantiam vocant.

Ax. II. *Omnis Sermo à silentio incipit, & in silentium desinit, perque interposita subinde silentii intervalla clarus & distinctus redditur.*

Quippe nisi inter Periodos, Cola, Commata, respirationes (quæ sunt silentii particulæ) adhibeas, omnia inarticulata, confusa, obscura erunt, & significandi vim amittent, æquè pronuntiata atque scripta.

Ax. III. *Omne Opus à quiete incipit, & in quietem tendit, inque longioris Operis tractu interpiratione solidatur.*

Exemplum est in Vegetabilium incrementis: quæ natura interdum calore urget, vaporandoque extendi cogit, nocturno autem frigore consolidat. Sic in Aedificiis (præsertim cæmentitiis) interponenda sunt soli descendi spatia, dierum

dierum & mensium &c. Aliàs verùm sit, *Quod citò fit, citò perit.*

Silentium in Loquelam, *Vacuum* in Opus tendunt, attende hæc :

8. Et quia *Ignorantia* in Scientiam,

Docta { *Ignorantia*
Dubitatio
Scientia } est, cum quis novit suæ

{ *Ignorantiae terminos,*
Dubitatiois rationes,
Scientiae certitudinem,

9. Doctum Silentium {

Docta Balburies {

Doctum Eloquium {

{ sui silentii terminos, ubi, quomodo, quousque silendum sit.
suæ in loquendo hæsitatiois rationes.
omnes loquendi rationes exactè.

10. Docta { *Cessatio*
Tergiversatio
Operatio } est, cum quis novit

{ suæ cessationis, aut otii, terminum.
suæ cunctationis rationes.
sui Operis certitudinem.

11. USUS horum erit *prudencia* in *inchoandis*, *continuandis*, *absolvendis*que *Cogitationibus*, *Sermonibus*, *Operibus* suis.

12. *Inchoandis* : ut *Cogitationem* nunquam aliter suscipias nisi ab *ignorantia*, *confusionis*, *fallaciae*que metu. De quo Canon.

QUI NON VULT { *ignorare*
intricari
falli, }

Ordiatur *Cogitationes suas* { *à sensu ignorantia.*
à metu confusionis.
à dubitatione.

[Ratio in promptu est. Quia qui se aliquid scire, jam ordinem videre, jamque veritatem tenere, putat, persuasito ista eum facit segnem, vanisque confusus, falsis, acquiescentem. Cujusmodi incuriosa securitas verissima & universalis causa est, quæ Genus humanum Ignorantiis, Confusionibus, Erroribusque involvitur infinitis. Similiterque se hæc in Sermonibus habent & Operibus.]

paratum in earundem *expositionem*, formatamque semper *distinctiorem*.

[Quò uon observato, plebs hominum semper (Mentem, Linguam, Maam) movens, parum aut nihil promovet, in ignorantia, balbutie, ruditate, ut in luto hærens perpetuò, circa ea maximè in quibus debebant excoli maximè.]

13. *Continuandis* : ut sicut Entia ex nihilitate veniendo, per *Esse-possesse*, tendunt in *Fieri*, ita *Cognitio* ab *Ignorantia* incipiens, tendat per *Cogitationum Inventionem* in earundem *Ordinationem*; sicut & *Sermo*, per *Vocum delectum* in *structuram* : *Opus per materiaturum ap-*

14. *Absolvendis* : ut quemadmodum rò *Non-Esse*, per *Fieri* tendit in *Esse* : ita *Ignorantia* per *Cogitationem* veniat in *Cognitionem* : Et *Silentium* per loquendi exercitia minora in *Eloquentia* : *Otium* deniq; & *inertia*, per varia minora *attentiina*, in *plenam Solertiam*.

[Hunc scopum quia sibi *Vulgus* non proponit,

nir, nec ad eum tendit, non etiam assequitur. *Cogitant ut cogitent, non ut excogitent. Loquuntur ut loquantur, non ut eloquantur. Agunt ut agant, non ut peragant.* Hinc est quod pleriq; hominum ut in clu cavæ sciuri vitam agunt, semper sese movendo, nusquam tamen sese promovendo: & Cogitationum, Sermonum, Actionumque suarum scopum & finem nunquam assequendo.]

15. Sic ergò est finis docta Igno-

rancia, sapientisque Silentii, & eruditi Oti, scire ubi, quando & quomodo adhibendum sit: & ubi, quando, quomodo abruinpendum: ut *Cogitationes, Sermones, Opera*, tantò reddantur conspectiora, inque seipis perfectiora, & effectis mirabiliora.

[Satis autem de *Ignorantia, Silentio, Oti*, seu *Quæte*.]

CAPUT VI.

DE ARTE CIRCA LITERAS, PERSENSIONES, POSSIBILITATES.

Vis Intellectum collustrare sapientia? Imple illū primò experimentis sensualibus.

2. Quia enim *Persensio* imaginationis principium est, nihil tam leve est quod non sensum stringendo imaginationem movere: multarū verò rerum persensiones multarum imaginationum materiā supeditare, possit.

3. Id unde *Persensio* fit, est Objectum aliquod (1) aliunde se proferens (2) sensumque & mentem stringens, (3) eòque se illi obvertendi occasionem ferens. Ut, si iter faciendo, aliquid mihi obvium veniens conspiciam.

Et quia *Persensio* prima fit vel re externâ

Vis addiscere Sermonem? Discere primùm minimas ejus partes, Literas.

2. Tametsi enim *Litera* sit Sermonis pars minima & individua, pars tamen: ut quicumque Linguae alicujus Literas didicerit (nosse, pronuntiare, pingere) Linguae dici possit tenere fundamentum.

3. Unde *Litera* pronuntiando fit, est Aer pulvis exhalatus (2) per laryngis fistulam sonorus factus (3) variâque oris alifione variè sonans.

4. Et quia *Litera* est vel *vocalis*, vel *semivocalis*,

Vis agere Opus? Fac primum illud tibi esse possibile.

2. Cum enim *Possibilitas* sit rei futuræ momentum primum, hoc ei dans ut esse possit: quisquis Operis possibilitatem pervidet, principium Operis habere credendus est.

3. Id unde Opus aliquod fit *possibile*, sunt causæ illud producere aptæ (2) si sufficientes sint (3) & ab impedimentis liberæ.

4. Et quia *Possibilitas* venit à *Causis*, & ab illarum

immediatè *sensum* exter-
num feriente, vel signo
ejus aliquo *Rationem* mo-
ventè, vel de absente
prorsus re alio nobis nar-
rante: omnibus illis at-
tendendum est illi, qui re-
rum multarum *Cognitio-*
nem quærit.

[NB. *Sensus* externi quia
sunt quinque (*Tactus, Gustus,*
Olfactus, Auditus, Visus) in-
terni autem quatuor (*Assensio,*
Imaginatio, Ratiocinatio,
Memoria) relationes autem
aliunde venientes infinitæ: in-
finita inde *Conceptuum* multi-
tudo provenire potest.]

5. *Trinus* ille scientiæ
nostræ *sonus* (*sensus* exter-
nus & internus, aliæque
narrationes) ex æquo ne-
cessarius est, ut nullo carere
queamus.

Tolle ab Homine *sensum*
externum, truncum pro Ho-
mine habebis. Tolle *internum*
(*Rationem*) brutum habebis,
non hominem. Tolle *narratio-*
nes (collectas fide notitias) in-
fantem perpetuum habebis.]

6. *Adhibitis* verò omni-
bus *Cognoscendi* *princi-*
piis, tantum non *Omnif-*
cii reddimur.

vel *muta*: quicquid earum
ulla *Lingua* habet, *edif-*
cendum est, nullâ *omissâ*.

[*Vocales* quia sunt quinque
(A, E, I, O, U) *Semivocales*
totidem tantum (L, M, N,
R, S) *Muta* autem longè plu-
res, permittæ illæ inter se infi-
nitis *Vocibus* producendis suf-
ficiunt.]

5. *Trinus* ille *sonus* (*Voc-*
alium, Semivocalium, Mu-
tarum) in omni *Ser-*
mone variè *complicatus*
occurrit.

Tolle à *Sermone* *Vocales*,
pro articulo *sermone* sonum
habebis inconditum. Tolle *Se-*
muvocales, vix semi articula-
tum habebis. Tolle *Mutas*,
majorem partem *possibilem*
Vocum sustuleris.]

6. *Dato* *Vocalium, Se-*
mivocalium, Mutarum-
que omni *possibili* *con-*
curso, infinitâ *varietate*
voces *proveniunt*.

rum *requisita* *sufficiencia*,
& à *requisitorum* illorum
requisitis: omnia illa ne-
cesse est *præcognoscat*,
qui rem sibi *possibilem*
prævidere vult.

[*Causa* quia est quintuplex,
Finis, rem talem desiderans
2. *Forma*, tali fini apta. 3. *Ma-*
terea talis formæ susceptiva.
4. *Efficacens*, talem formam in
talem materiam introducere
valens. 5. *Instrumenta* denique
(sine quibus *efficiens* nihil va-
let) *Requisita* verò sunt, ut
sufficienter, amotisque impedi-
mentis prodire possit.]

5. *Trina* illa *Possibilita-*
tis gradatio, essentialis, ac-
cidentalis, defectiva, h. e.
Causarum aptitudo, suffi-
cientia, & ab impedi-
mentis liberatio, in rerum pro-
ductione ubique *necessa-*
ria est.]

[Tolle rerum *Causas*, ni-
hil operis prodibit. Tolle *Cau-*
sarum *requisitas* *conditiones*,
nihil rectè prodibit. Tolle *im-*
pedimenta perrumpendi cona-
tum, non dimidia *Operum* pars
prodire poterit. Eccles. 10. v. 10.

6. *Positis* in *curso* re-
rum *Causis*, ita ut opus est
comparatis, amotisque
impedimentis, *Opera* in
infinite multiplicentur.

7. *Hacte-*

7. Hactenus (Perfensionum, Literarum, Possibilitatum) *Inventio*: sequitur earundem *Ordinatio*, ut in simplices, compositas, contractas, dividuntur.

8. *Perfensio simplex* est, ubi unum objectum unum sensum stringit: ut *Color* visum, *Sonus* auditum.

9. *Composita*, ubi unum Objectum plures sensus stringit: aut plura objecta unum sensum. Prioris exemplum est *Campana coram me pulsata* quam & agitari video, & sonare audio. Posterioris *Musica Symphonia*, ubi multæ simul Voces suaviter consonantes, & aures titillantes, audiuntur.

10. *Perfensio contracta* est, ubi sensu unico in Objecto unico, plura simul cognoscere datur: ut in Ave volante, motum, quantitatem, figuram &c. angustior, sed commodus: tempus angustius, sed Virtus plurium velut in punctum concentratur.

11. *Ordo Perfensionis naturalis* ita est. Objecta externa feriunt sensum externum: Sensus verò externus movet sensum interiorem: Sensus verò interior desiderium movet, num alii idem vel

8. *Litera simplex* est, vel *vocalis*, ut a, e, i, o, u; vel *Consona*, b, c, d, &c.

9. *Composita Vocalis* dicitur *Bivocalis* (Diphthongus) ut Æ, AU, EI, EU, OE, *Consona composita* (vulgò *Duplex*) est X & Z.

10. *Vocalis Contracta* est â, ê, î, ô, û. Ut in amârit, flêro, dîs, cògo, currûm. (Pro amaverit, flevero, diis, Coago, Currium.)

11. *Ordo Literarum* (vulgò *Alphabeta* dicitur) talis est natus.

1. *Vocales*
A, E, I, O, U.
2. *Semivocales*
L, M, N, R, S.
3. *Mutæ gutturales*

8. *Possibilitas simplex* est, ubi *Causa* rem producturæ adiunt sufficienter: ut extruendę Domui, *Ligna*, *Camenta*, *Fabri*, *Locus* &c. quantum opus.

9. *Composita Possibilitas*, ubi principia abundanter extant. Ut *Materia* variæ, & officines varii, multis extruendis ædificiis sufficientes.

10. *Possibilitas contracta* est, ubi pauciora quidem adsunt, sed validiora. Ut materia paucior; sed bona: mechanici pauciores, sed actuosi; locus peropportunus &c. Ubi

11. *Possibilitatum Ordo* talis est. Primò, *Cogita* an re tali sit opus, quod ostendet *Finis*. 2. Tum cogitandum de *Mediis* finem illum talem obtinendi: quæ media erunt *Forma*, *Materia*, *Efficiens*, cum

vel aliud viderint, audierint &c. cognoscendi.

12. Ergò 1. *Tange, Gusta, Odora, Audi, Vide* 2. *Adverte, Ratiocinare, Recordare.* 3. Demumque *alios interroga*, qui novas sensus rebus obvertendi suppeditent occasiones.

[*Vulgus id non attendit. ideoque se in rerum cognitione variè confundit, conceptusque variè confusos, defectivos, & monstrosos producit.*]

13. Specialiter autem quælibet *sensatio* habet suam peculiarem formam, quam peragitur: quod ex Physicis discendum.

[*A qua si aberratur, fit perceptio imperfecta, manca, confusa, interdum etiam monstrosa.*]

H, CH, G, K, Q.
4. Mutæ labiales
P, F, V, B.
5. Mutæ dentales
D, T, Z, S, C.

12. Ergò eas hoc Ordine *disce* (vel *doce*) ut optimè proficias.

[*Vulgare Alphabetum confusum est, nullâ existente ratione, cur tali serie Litera Literam præcedat vel sequatur.*]

13. Quælibet autem *Litera* in se suum habet schematismum certum, scilicet in pronunciando Oris & Linguae, in scribendo autem linearum configurationem.

[*Quæ si non observatur, vitiosa fit, blæsa, balba, intelligibilis pronunciatio; distortaque, monstrosa & illegibilis scriptio.*]

cum *Instrumentis* suis. 3. Demum de *Modo agendi*, & si quid hîc vel illic obstat, quomodo sit amovendum, demumque Opus agendum.

12. Ergò Opus suscipiendum ita *examina*, ut nun sit possibile cognoscas.

[*Vulgò id non attenditur. Unde varii varia confuse ac ineptè tentant, nullo aut vano successu.*]

13. Quælibet autem rerum *Causa*, causæque requisitum; & requisiti requisitum, specialem suam habet dispositionem ac formam: ut è *Metaphysica* patet.

[*Quod si non observatur, sunt Operum præparamenta imperfecta, impedita, monstrosa.*]

14. Hæc etiam de dispositione Perceptionum, Literarum, Possibilitatum: sequitur de iisdem Judicium.

15. Num rectè aliquid perceperis, iterata (toties, quoties) sensuum adhibitio (2) acriorque attentio (3) eorumque qui rem melius

15. Num Literas rectè (pronuntiando vel scribendo) formes, aurium & oculorum iudicium (2) & ad rationis ac

15. Num Operis tui præparamenta rectè adornes, tum sensus externi, tum rationis statera, tum denique (rem pleniùs

intelligunt iudicium, ostendent.	proportionis obrustam examen (3) aliorumque (rectè pronuntiantium & scribentium) censura, indicabit.	aut melius intelligentium) requisitum iudicium, indicare poterunt.
16. Omnibus his circa rerum perfensiones primas ritè observatis, ad rei cuiuscunque Cognitionem parata erit via, primusque accessus.	16. Comparatâ sic Literarum notitiâ legitimâ, illarum pronuntiatione ac descriptione, totum Linguae fundamentum, & ad eam plenius descendam accessum paratum, habes.	16. Omnibus ritè prædispositis, Ideam futuri operis paratam habes, aggredique illud quando voles, poteris.

CAPUT VII.

DE ARTE CIRCA Literarum Syllabas, Conceptuum prehensionem, OPERUMQUE aggrèssum.

Non sufficit sensu obiter aliquid percipisse: prensandum est acrius, ut sitnè verè aliquid, & quidnam, deprehendas.	Non sufficit formare Literas: colligendæ sunt in sonum pleniorem, magisque articulatam.	Non sufficit habere Ideam: aggrediendum est Opus actu, ut incipiat fieri actu.
2. Quod novâ sensuum ad rem perceptam observatione, ejusque plenior apprehensione, peragitur. Dicitur Syllepsis, h. e. Prehensio, seu Prehensatio, Perceptatio, Sciscitatio.	2. Quod fit Vocalium cum Consonis (una vel pluribus) copulâ. Dicitur Syllaba, quod Conceptum sonat.	2. Quod fit activorum ad passiva applicatione (efficientis nempe ad materiam, & instrumentorum ad formam) Dicitur Aggressio, Dispositio, Inchoamentum; Fientia, seu Fieri.

3: Estque simplex, vel composita, vel contracta.

4. Prehensio simplex est, ubi res unô sensu prensatur: ut Liqueor (vinum nê sit an aqua) gustando.	4. Syllaba simplex est, ubi uni vocali aut bivocali una Consona (aut bivocali) additur: ut Ab, Aut, Ex, Aux.	4. Aggressio simplex est, ubi Unus unum tentat; ut ille in Evangelio Turris edificator (Luc. 14:28.)
--	--	--

5. *Composita* est, ubi *prensatio* sensu diverso tenetur: aut etiam rationatione, & alieni testimonii quæstione. Ut *Vinum colore, odore, sapore*: & forte unde veniat, & quid aliis videatur, inquisitione.

6. *Contracta prehenso* est, ubi uno licet sensu, attentissimè tamen, quid rei sit observamus. (Ibi enim sensui externo jungitur interior:)

7. Horum omnium Virtus est *Claritas & Evidentia*. Nempe ut *Prensatio* menti rem distinctiùs ac antè ostendat; *Syllaba* benè enunciables fiat; *Aggressio* futuri Operis validum initium faciat.

8. *Apprehensio* clara fit, rem primò leviter perceptam tam diu sensibus prensando, phantasie que bilance librando, donec Notio perfecta prodeat.

9. Nempe si quicquid sensum strinxit, plenè cognoscere volupe est, obverte sensum objecto plenè. (2) Sed sensum objecto analogum, (Colori Visum, Sono auditum, Odori Nares &c. Nam Oculos obvertere Sono, Auribus Colori, Nares Saporibus &c. stultum foret.

5. *Composita Syllaba* est, ubi uni Vocali (aut bivocali) plures Consonæ adduntur. Ut *Sab, Trab, Trabs, Drapst, &c.*

6. *Syllaba contracta* est, ubi duæ in unam coalescunt: ut *Mi*, pro mihi &c.

8. *Syllaba* benè fit enunciables, tam diu eam linguâ tentando, donec exactè pronuncietur.

9. Nempe quicquid in Lingua, cui dare operam instituis, pronuntiatu asperum videtur, id iteratò tenta. (2) Non arbitratu, sed ductu alterius, nativè ista pronunciantis. (3) Iterum iterumque (4) Ore & Calamo. (5) Utrumquodque seorsim. (6) Iterando tam diu donec

5. *Compositum Operis tentamen*, seu *aggressio* est, ubi ad aliquod effectum multi efficientes, cum multis requisitis, concurrunt. Ut in *edificatione Turris Babel* (Gen. 11.)

6. *Aggressio contracta* est, ubi unus quis (vel pauci) magnum quid tentant, bonis tamen fundamentis. Ut cum David pro toto Israël cum Goliath congregari tentaret, DEO fretus.

8. *Firmum Operi fundamentum*, cum (1) Omnia ejus inchoantur (2) Ordineque debito ponuntur (3) firmiter ac solidè.

9. Nempe quicquid agere proponis, si possibilitatem vides, propiusque in rem venire vis, jungere incipe activa passivis, (ut bona instrumenta bonæ materiæ) (3) Nec sufficit semel tentare, sed pluries, si illico succedere nolit. (4) Idque aliter atque aliter (si uno modo nolit) requi-

(3) Nec sufficit semel obvertisse, si nolis falli: iteranda sunt experimenta quot modis possunt, si res meretur. (4) Imo nec sensum etiam solum adhibe: rationem & testimonia, si aliquid à sensu remotum esse animadvertis. (5) Sed ne perensiones sese turbent, ordine age: (6) Et ne quid fallat, singulis quantum opus insiste (quia Pluribus intentus minor est ad singula sensus.) (7) Verbo, si multa prehendere vis, per multa circumfer Sensus, Ratiocinationes, Testimonia: & comprehendes multa.

10. Sequitur, quomodo de rerum prehensione, sonorum syllaba, actionumque aggressu judicandum sit.

<p>11. Seipsum decipit, quisquis aliquid se tenere opinatur, experientia non probatum.</p>	<p>11. Errat certò, quisquis linguam aliquam se ipso duce discit, opinione suâ securus.</p>	<p>11. Aberrat à successu, quisquis res temerè, sine ratione certa, aggreditur.</p>
<p>12. Nihil ergò operandum, nisi Sensus, Ratio, Testimoniaque ritè adhibita clarè id probent.</p>	<p>12. Nihil ergò aliter pronuntiandum (ne quidem Syllaba una) quàm id probet cui proba est pronuntiatio.</p>	<p>12. Nihil ergò tentandum sine prævio bono requisitorum apparatu,</p>
<p>13. Cavendumque ne pro Sensus non Sensus, pro Ratione non Rationem; pro Autoritate non Autoritatem habeamus.</p>	<p>13. Sed non est in judicem adhibendus, quem ipsum errare certò constet.</p>	<p>13. Sed cavendum ne pro bonis requisitis habeamus, quæ talia non sunt.</p>

14. Sensus ne fallat, videndum est, quàm sunt excipi solent.)

<p>1) Num organum sensus sit integrum, non fractum, non convulsus, non qualitate alienâ præambutum. (Ita enim res aliter</p>	<p>2) Num se objecto suo Obvertat, Oculi Colori, Naris Odori. 3) Num diligenter & attentè. Sensus enim</p>
--	--

enim non attento aliquid adesse potest, nec sentiri. Ut si dormienti aliquid insufurres, aut olfaciendum naribus adhibeas &c.

4) Num directè suo Objecto Obvertatur. Aberrans enim ab Objecto sen-

7) His omnibus ritè peractis, demum te verè sentire senties, non verò sentire putabis.

7) Syllabæ pronunciationum recta sit ut cognoscatur, tantò eget apparatu atque Cogitatio. Quia sonus externus crassius aurem ferit, quàm interna Cogitatio mentem: dijudicaturque facilè ab illo cui legitima pronuntiatio probè nota fuerit.

sus, aberrare potest prehensione.

5) Num uno tempore uni rei. Objectorum enim turba non tam informat, quàm informationem turbat.

6) Num Objecto insisteris, donec apparentia examen rectè peractum sit.

7) Operis aggressionem successum habituram sperare poteris, si

(1) Scopus Operis fuerit pulcher, pulchrè invitans.

(2) Idea clara, formam evidenter ostendens.

(3) Materia proba, benè elaborari patiens.

(4) Efficientes industriosi.

(5) Item, stimuli acres. ut sunt, perficiendæ rei desiderium, exhortationes, merces liberalis &c.

(6) Continuusque progressus sine remoris sub Ergodiocta aliquo operas urgente, donec res peracta sit.

(7) Demumque omnibus his ritè sic prædispositis, quancumque operis effectum expectare poteris certò, non ante.

[Neque adeò quod de syllabarum & Operum aggressionis iudicio præcipiatur, restabit: sed de prehensionibus in Cogitatu.]

15. Ratio ut ne fallat, longè etiam

diligentiùs videndum est ideò, quia Ratio longè sensu volubilior est, Objectaque habet plura, & discursum eeleriozem, & multiviam (per quæ aberrat) longè plurima &c. Videndum ergò an Ratio sit pura & libera, præconceptis Opinionibus non fascinata; examinandaque tota Consequentiarum Catena, ut ex legibus Combinatum contexta est.

16. Testimonium ut ne fallat, præcauti tres sunt viæ. Examen videlicet

1. *Authoritatis*, an qui allegatur fide dignus testis sit, qui nec fallat, nec fallatur. Ergò inspicere Authorem adducti Testimonii, quis & quantæ fidei sit.

2. *Verborum Testimonii*: an quod iis probari intenditur, id ipsum non aliud inferant. Ergò inspicere Verba Testimonii cum omnibus circumstantiis, an ea sit Authoris mens.

3. Tandem ipsam Verborum veritatem examina, an videl. sic res habeat quomodo dicitur? & utrum id per se, an aliquomodo per accidens &c.

[NB. Conferri etiam possunt alia testimonia, ejusdem testis vel aliorum: demumque per testimonia rem cognoscendi tuta erit via.]

17. Observandum tamen tandem. Moderationem ubique hic habere locum, ut ne aliquid impossibile hic tentetur: Quia ad maxima & minima, profusque remota & abscondita sensus nostri non pertingunt. e. g. Lineam longissimam videre non possumus (quia terminis caret, infinita existens) neque brevissimam (quia caret basi) & invisibilis est.

17. Cultiores Linguae observant, ne Syllabas literis monstruose numerosas, & pronuntiatu impossibiles, vel valde difficiles, habeant: Qualis esset Mrlnaurft, aut simile aliquid.

17. Maxima & minima Opera, qua cogitari possunt, tentanda non sunt: quae scil. magnitudine suâ vires nostras excedant, aut subtilitate elidant, ut Turris ad Lunam usque, Ilias in nuce &c.

CAPUT. VIII.

DE ARTE CIRCA NOTIONES, VOCABULA, OPERA.

Ex rei perceptione & apprehensione (ritè inventa, ordinata, dijudicatâ) nascitur Notionis fabrica, cum Intellectus rem se intelligere intelligens, luce suâ gaudet.

2. Est enim Notio rei rectè perceptæ, rectèque apprehensæ, clara intellectio: ut, dum sole orto lucem video, esseque diem intelligo.

3. Essentia Notionis est,

Ex Literis & Syllabis sunt Vocabula, quibus res bene intellectas benè enuntiamus.

2. Vocabulum est sonus è literis & syllabis factus, aliquid determinatè significans, ut, sol, lucere &c.

3. Essentia Vocabuli est,

Ex Operis prævisa Idea legitimoque aggressu nascitur initiale Opus, seu Factum.

2. Factum est ab Operis aggressu jam proveniens quiddam, hoc vel illud. Ut, ædificatio domus lapis conquadatus, aut Trabs, vel alia jam parata ædificii pars.

3. Essentia Facti est, esse jam

videre intellectu rei essentiam, illud nempe quod rem esse facit id quod est, intimam ejus formam.

4. Neinpe si quis rei formam ignorat, rem non intelligit. e.g. Caloris & frigoris forma quia non fuit perspecta, non habet rei Notionem; perceptionem duntaxat & apprehensionem: Unde post attributiones, enunciationes, ratiocinationesq; prodibant errorer.

certitudo de illius vera & genuina significatione.

4. Ergò qui Vocabuli alicujus verum ignorat sensum, tametsi Vocem usurpet, non tamen intelligit. Ut Dan. 3. Saraballa. Qualium Vocabulorum quanto quis plus aggerat, tanto obscurior sermo prodibit.

jam aliquid, certum usum habiturum.

4. Ergò qui aliquid facit, aut jam fecit, quod ad quid sit nesciat, nihil eum egisse putandus est. Qualium sine usu partium quanto quis plus aggeraverit, tanto majores pollea in majoris operis compositione perplexitates reperiet.

PORISMATA.

Ergo cujus rei veram notitiam quaeris, formam quaere.

Ergò cujus Vocabuli verum usum quaeris, significationem veram quaere.

Ergò cujus Facti usum verum quaeris,

illud jam ab initio usui suo adapta.

[Quomodo Salomon magnificam Templi structuram adornans, partes singulas ita praeparabat, ut in compositione ipsa nec malleo, nec securi opus esset: quia jam quadrabant omnibus omnia.]

I. DE INVENTIONE.

Notionum. Vocabulorum. Particularium Operum.

5. Dum plenam rei notionem quaeris, quaere.

I. Omnia, quae ad plenam ejus constitutionem requiruntur.

II. Per omnia, h. e. per omnes Sensus, Rationes, Testimonia.

III. Omnimodè, conferendo sensum sensui, rationem rationi, testimonium testimonio.

5. Dum Verum Vocabuli sensum quaeris; quaere

I. Quid omninò significare habeat.

2. Sive vi Originationis suae, sive secundum vulgi usum, & quid accuratiores testentur.

3. Conferendo inter se omnia.

5. Particularia Opera (totius magni operis futuras partes) invenies.

1. Inspectâ totius Operis delineatione plenâ, ut, quot & quales requiruntur partes pervideas.

2. Aut si exemplar nondum paratû ante te habes, ut id primò constituas.

3. Demumque omnia cum invicem conferendo, necessitatem cujusque agnoscas & disponas.

CAPUT VIII.

II. DE FORMATURA.

Notionum, Vocabulorum, Particularium Operum.

6. *Notio* ut certa, clara, distincta sit terminanda est I. Definitione. II. Divisione. III. Comparatione, ut, ne mens ambiguitatum gyris agitari permittatur.

6. *Vocabulum* ut bene significativum sit, recte determinandum est I. generali significatione. II. significationis limitatione. III. peculiari suâ flexione.

6. *Particulare opus*, ut bene aptum sit, determinandū rectè est I. Destinatione ad summum particularem finem. II. formamque sui aptam. III. cum proportione ad suum totum.

[Tria hæc appellari possent I. *Determinatio*. II. *Differminatio*. III. *Conterminatio* Notionum, Vocabulorum Operumque.]

7. *Definitio* est rei per suum genus & differentiam circumscriptio, ut quid sit non possit non intelligi. Ubi tria semper concurrunt. I. Quid sit. Unde. III. Quomodo. Nam res definienda primum nominatur, ut, *Carbunculus* (2) tum unde sit, seu ex quo rerum genere, docetur: *est gemma*. (3) Demum, quomodo ab aliis in eodem genere specificè differat, additur, *flammei coloris*.

7. *Significatio* est Vocabuli certi ad rem certam applicatio & alligatio. Ubi tria attende. I. Quid Vox significet, II. Unde ei hæc vis, III. Et quomodo aliàs, ea res appellatur. Ut, *Curia est domus Senatoria*: 2. Sic dicta, quia ibi congregati publicæ salutis curam agunt. 3. Aliàs dicitur, *Domus Prætoria*.

7. *Definitio* facti ad finem suum est, quid pars in toto suo præstare debeat, determinatio. Ubi tria observa. I. Finem illum, II. Necessitatem illius, III. Collationem materiæ ad materiam, quæ enim finem illum præstet melius, e. g. Fundamenti in ædificio finis est, ut ædificium sustineat, ne vacillet, aut labatur: firmò igitur opus & firmiter positò e. g. lapide, ligno solido &c.

[Sive *Notio* & *significatio* Verbis exprimitur propriis, sive figuratis: *Opus* autem fiat ex eadem materia vel diversa, aut nihil interest, aut parum. Ut, si figuratè dicas. Carbunculus est gemmarum Sol. Homo animalium Rex &c. Ædificio autem fundamentum ponas sive cæmento, sive ligno solido &c.]

Constat igitur omnis *definitio* I. Verbis pluribus, ad minimum tribus. 2. Rei

essentialiam genericam & specificam exprimentibus. 3. Clarisque & perspicuis.

AXIOMATA.

Ax. I. *Definitio, quid res sit non determinans, non est definitio.*

II. *Definitio essentialia rei non determinans non est definitio bona.*

III. De-

III. *Definitio verbis obscuris prolata, non est apta definitio.*

Estque triplex, *prolixior, brevior, brevissima.*

Prolixior, cum res per suam substantiam, accidentia, defectus circumstantiasque primarias describitur. Ut, si Hominem ab imagine Dei, & ab effectis, quæ ingenio, liberâ voluntate, lingua, manu, efficit &c. describas. Ita, Elephantis descriptio (juxta Prædicamenta nostra) talis foret. *Elephas est* (Ecce ens) *animal* (ecce substantia) *in Africa* (locus) *vivacissimum* (tempus) *corpore supra omnes quadrupedes vasto* (quantitas) & *robustum* ad eò, ut 30. *Viros ferat*, *intelligentiâ proximè accedens ad hominem*, *hominique blandum & affabile* (ecce tres qualitat. posse, scire, Velle) *gaudet omnibus, bella gerit cum Draconibus &c.* (actiones) *terretur tamen suis grunnitu* (passio) *Corpore est quasi rotundo, pedibus exiguo flexu, ideoque proboscide instructum, ut pabula atrahat* (Ordo) *Hominibus præstat varia ministeria, dentesque ejus Ebur dicti ad multa sunt* (Uusus) *ideoque amabile.* Si jam quoque defectus ejus addas, *Connexa & Conglobationes* (quod ament incedere gregatim &c.) *annon plenam ejusdem descriptionem* (i. e. breviculam historiam) *dabis?* sic individua etiam describi possunt. Ut, *Aristoteles fuit* (1) *Philosophus* (2) *tempore Alexandri M.* (3) *apud quem & vixit,* (4) *imò præceptorem illius egit &c.*

Brevior descriptio est, cum res per tria

essentialia, Finem, Media, Mediorum modum describitur.

[Ex Metaphysicis enim intelleximus tria hæc cujuslibet rei fundamenta constituere, quæ doctrinæ causâ nominari possunt τὸ τί, τὸ ὅτι, τὸ ὁῦτι: Latine, *Quid, per quid, quomodo?*]

Explicandum enim est primò, *quid sit res, & ad quid?* 2. Tum, *per quid talis*, h. e. quibus instructa membris seu partibus, eorumque formâ, ut isti suo fini apta sit. 3. Demum, *quomodo* unum quodque istorum munia sua peragat. Homo igitur per tria illa describeretur sic. *Homo est Creatura Dei ultima, cæteris regendis destinata; 2. ideoque sui juris facta & libero arbitrio donata, ad agendum pro Libitu: instructaque rationis lumine ad electiones semper moderandum: & Corpore valde Organico ad omne genus actiones edendum* (3) *quibus utitur liberè, variè. &c.* Similiter, si cognitionem membri nostri, cui Ventriculi nomen est, menti alicui jus inferre cupiam, dicendum erit. *Ventriculus est alimentorum in corpore animali receptaculum primum, illa concoquens, demumque cocta aliis membris communicans* (2) *quò officio ut queat fungi, habet supra & infra se meatus, quâ corporis pabula immittit; dimittit, emittit: intra se verò calorem perpetuum* (3) *quem circumjacentia viscera (Hepar lien, cor) ferventis sanguinis plæna ministrant. &c.*

Brevissima descriptio est, quæ solo genere & differentia constat.

[Dicitur ad ἔξοχόν Definitio nempe quia
 3 essen-

essentiam rei definit, h. e. limitibus circumferi-
bit, sive exprimat verbis propriis, ut, *Homo*
est animal rationale. Venterculus est vas Ven-

eris primum coctioni prima destinatum: sive
translati. Ut, *Homo est Orbis terrarum pa-*
terfamilias. Venterculus est culina corporis.

8. Virtutes Definitio-
nis sunt, esse *Brevem, Per-*
spiciam, Accuratam. i. e.
Definito suo exactè reci-
procam.

8. Virtutes Vocabuli
sunt, esse unius rei unum,
eam clarè significans &
adæquatè.

8. Virtutes particula-
ris Operis sunt, esse sco-
po proportionatum, ad-
æquatam, bene elabora-
tum.

[H. E. ut Definitio Definito suo nec latior sit, nec angustior; & vocabulum re suâ significa-
tâ; Opusque particulate particulari suo sine.]

9. *Brevis* erit, si ge-
nus proximum, differen-
tiamque ultimam, singu-
lis verbis exprimat. Ut, si
quid *Homo* sit quæram,
h. e. in qua rerum classe
reperiatur id quod *Homo*
dicitur, & tu respondes,
Creatura, nimis remotum
genus dixisti, cui differ-
rentias plures addi neces-
se erit, *Creatura corpor-*
rea, viva, sentiens, intel-
ligens. At si dixeris, *Ani-*
mal, unica voce differen-
tia exprimi poterit, *rationale.* Hoc enim, per quod maximè *Homo* à cæteris
animalibus differre putatur, *Ratio* est.

9. Unius rei unum
Vocabulum est, quod so-
lum est, ideoque facilè
discitur, nec mentem di-
strahit. Ut, *Germanicum*
Wott/ pro eo quod Lati-
ni *Deum*, aut *Numen*,
Hebræi *El*, *Elohim*, *E-*
loah, *Adonai*, *Johovah*, ve-
cant. (Omnis ergo Syno-
nymia, si tautologica, sine
usu est: ut Latinis *Hepan*
& *Jecur*, *Lien* & *Splen.*
Germani Ferd & *Hoff.*
&c.

9. *Proportionatum* erit
Opus, si quantitate & qua-
litate *Tori* respondebit.
e. g. Ut ædificio parvo
ponatur fundamentum par-
vum, magno magnum,
profundo profundum,
quod si non observatur,
hiatus erunt, aut super-
fluitas, & dehinc *Vacil-*
latio & *ruina* &c.

10. *Perpicua* erit, si
Verbis notæ significatio-
nis sensum exprimat: at-
que si quando potest, re
suum & vocis vim reddat.
Ut, *Primum* est præ quo ni-
hil est: *Ultimum* est, ultra
quod nihil est, ubi mens:
ceu luce perfusa, plenissi-
mè acquiescit.

10. Claræ significationis
Vocabulum est, quod ip-
so sono rem ipsam expri-
mit. Ut, *Frango*, *Sibilus*,
Murmur &c. aut à re ipsa
quam significare debet,
descendit, ut *Dux*, qui du-
cit; *Rex* qui regit: *Do-*
ctor, qui docet.

10. *Accuratè factum*
erit, si neque majus aut
minus, neque altius aut pro-
fundius, durius vel mol-
lius quàm exigit alterum
illud particulare opus, cui
jungi necesse habebit,
fuerit.

II. Accurata Definitio erit, si reciproca erit, ut Definitio pro Definito æquè clarè sumi possit: ut, *Omnis Homo est animal rationale: & vicissim, Omne animal rationale est Homo.* Horologium est temporis dimetiendi instrumentum.

Definitiones reciproca sunt optima, quia verissima, erroribusque maximè præstruunt adiutum.

[Cavendum enim summè, ne quid erroris in Definitionem irrepat, quàm Definitio primum Cogitionis rei ponat fundamentum. Error autem initio admissus progressu fit major.]

Leges igitur Definitionis bonæ sunt, eruntque hæ.

1. Ne sit amplior vel angustior suo Definito.

[Ut si dicas, Homo est animal disciplinabile. Nam & Equus, & Canis, & Psittacus disciplinam patiuntur. Vel 2. Homo est animal doctum. Non enim omnes homines docti.]

2. Ne fiat per ignota, obscura, ambigua, negantia.

3. Neque per fortuita, contingentia, communia, remota; sed per maximè essentialia, necessaria, propria, immediata.

4. Neque definiat rem per divisionem suam.

5. Ita tamen ut se in rei divisionem ultrò resolvat (de qua mox plura)

6. Definitiones denique Verborum

II. Accurata significatio erit, si Vocabulum significans cum re significata idem erit. Qualem significationem vox Cachinnus habet, nihil aliud significans quam Ha, ha, he, i.e. risum, hoc enim sonorè est ridentis.

II. Accuratum erit Oppus bene intra se elaboratum, siveque suo accommodum. Ut, *Ædificii fundamentum sive lapideum sit, sive ligneum, modò sit firmum.* Et sic quælibet ædificii pars (alteriusve majoris operis.)

sint Verbales, Rerum reales, intimos rerum schematismos detegentes,

Nugaces prorsus quorundam sunt Definitiones. Calor est qualitas, à qua corpus dicitur calidum: quid enim inde Physicæ Discipulus concipit, quod non ante auditam etiam Definitionem scivit? Concipit autem ipsissimam Caloris formam. si dicās, *Calor est partium materia motus distortivus, seu, in ampliora distendens (distorquens) spatia &c.*

Tales rerum Definitiones si erunt, pretiosissimus sapientiæ thesaurus, omnium veræ scientiæ lux, omniumque errorum antidotum erunt. Totus enim Mundus, omnesque propemodum hominum Mentis & Libri pleni sunt imperfectarum Notionum, quibus scilicet rerum Veritas, aut falsè, aut vacillanter, aut obscurè exprimitur. Rectèque omnino *Cornelius Gemma* iudicavit, *Omnis in rebus error gravior vel ex Definitione mala potissimum, vel ex rerum inepta partitione, vel malè intellecto principio, oritur.* Et *Piccolominus.* Ad eò Definitio vera cum demonstratione conjuncta est, ut vel Principium ejus sit: vel

vel Conclusio, vel universa Demonstratio solâ partium positione distincta. Ita Mathematici (quorum scientiæ certissimæ sunt) cuncta quæ ostendunt, aut in Definitiones resolvunt, aut ex Definitionibus eliciunt, ideoque eas præmittunt. Profectò Definitiones accuratæ omnis veræ scientiæ & bases & faces erunt, quarum beneficiò quicquid à mente in Mentem transplantandum est, Mathematicâ propemodum certitudine ac evidentiâ tradi potest.

Hactenus de prima Formaturæ parte Determinatione seu Definitione; sequitur altera *Determinatio* seu *Divisio*. Est autem *Dividere*, aliquid ab aliquo *Separare*, nempe

I. *Rem totam à re alia tota*. Ut, Hominem ab equo, arbore, lapide &c. [quod si fit mente, dicitur *Discernere*, *Dignoscere*, *discriminare*; si Verbis, *Distinguere*; si reipsâ, *disjungere*, *dispersere*.]

II. *Rei partes ab invicem*. Ut, Hominem in Corpus, Animam, spiritum, Corpus à capite, trunco, manibus & pedibus, Id quod *Partiri* dicitur.

III. *Rei formas diversas*, secundum quas subjecta inter de differunt. quomodo Animal dividitur in *Natatile*, *Volatile*, *Gressile*. Homo in *matrem* & *feminam*, album aut nigrum.

Fit itaque *Divisio*.

I. *Discernendo* ea, quæ res circa se habet; dicitur *Distinctio*.

II. *Dividendo* totum in suas partes, dicitur *Partitio*.

III. *Distendendo* rem in ea quæ sub se habet, tanquam genus in species, dicitur *Distributio*, quia res tanquam Civitas in suas (plerumque tres) Tribus dispescitur.

[NB, Omnia hæc *Distinctio*, *Partitio* *Distributio*, summæ sunt necessitatis, si quis *Notiones*, *Vocabula*, *Operaque* procedere sibi velle inconfusè. Primum equidem negligentius attendi voluerunt Stoici, homonymiis Vocum (quæ pro uno objecto plura confusè menti aggerunt) occupari fastidientes. Quorum nomine Sesece. *Quid mihi Vocum similitudinem distinguis! quibus nemo unquam nisi cum disputare capere est? Res fallunt, illas discerne*. Epist. 45. Sed hæc Distinctionum negligentia vitium erat hominum nimis aliò festinantium. Videamus parallelismum, videbimus horum communem usum.]

Alia Divisionum *Divisio* ex partium numero instituitur; quod fit *Dichotomia*, vul *Trichotomia*, vel *Tetrachotomia*, vel *Heptachotomia*, vel *Decachotomia*. [h. e. *Divisio* in duo, tria, quatuor, septem, decem membra.]

Dichotomia utimur in explicandis rebus, quæ per mutuam relationem & oppositum situm aut differentiam explicari volunt. Ut, Aliquid & Nihil. Lux & Tenebræ: Superius & inferius: Magnum & parvum: Dextrum & sinistrum &c.

Per *Trichotomiam* explicantur partes rerum essentielles, quia essentia cujusque rei completa trinitate quadam constat, ut per totum sapientiæ primæ syntagma vidimus.

[Ipse

[Ipsè Aristoteles hoc per transennam vidit, cum scriberet, Ternariò omnia contineri, & eum quasi legem esse, secundum quam omnia disponuntur: lib. 1. de Cælo c. 1. & *Cornelius Gemma*, qui Trigonum ad memoriæ stabilitatem aptissimum esse, propter firmissimam basin, scripsit. Nectamen memoriæ tantum juvat Trichotomia, intellectum ipsam (rectè instituta) in rerum viscera ducit.]

Per *Tetrachotomiam* (binam binalitatem) explicamus res in Orbem redeuntes, ut Horizontem in quatuor Mundi Cardines, Ortum, Meridiem, Occasum, Septentrionem. Diem in Manè, Meridie, Vesperis, Noctu. Annum in Ver, Æstatem, Autumnum, Hyemem &c. Rotam in summum & imum, dextrumque & sinistrum.

Per *Heptachotomiam* enumeramus plenam rerum gradationem, quam sic assequi perfectionem suam, ab extremo ad extremum, variis exemplis in *Metaphysicis* vidimus.

Ita *Notio* (ex Objecti latitudine) dividitur in gradus septem. Est enim Conceptus

1. *Universalis*, ubi totum quid cogitas, nullam parte excepta; ut

}	Creatura
	Humanum genus.
2. *Generalis*, ubi totius Universi certa pars: ut

}	Animal
	Homines antediluvianii.
3. *Specialis*, ubi generis partem in Individua tantum sese resolventem:

}	Equus
	Mathusalemi familia.
4. *Individualis* seu singularis, ubi

aliquid Totum in species dividi non valens, sed tantum in partes cogitas:

ut

}	Bucephalus	}	Dicitur etiam Totalis.
	Mathusalem		

5. *Partialis*, ubi aliquid in se non completum, sed completi pars concipitur, ut

}	Bucephali Caput	}	Dicitur etiam Totalis.
	Mathusalemi Corpus.		

6. *Particularis*, cum partis particulam cogitas: ut

}	Bucephali oculus	}	Dicitur etiam Totalis.
	Mathusalemi digitus.		

7. *Indivisibilis*, ubi particellam minimam, quam minor non datur, ut pulvisculus.

Decachotomia est solemnissimarum rerum Divisio: ut Numerorum, ubi Unitates decem constituunt Decadem; Decades decem, Centuriam; Centuriæ decem Millenarium; Decem millenarii in yriadem &c. Ita DEUS manus nostras (instrumentum instrumentorum) in decem digitos; Legem suam (actionum nostrarum normam) in decem præcepta disposuit.

In *Divisionum* tamen *delectu nihil superstitiose agendum*; Sed observanda rerum natura, ut, quomodo intra se suis differentiis constant: ita illæ mentis in conspectu explicentur, non aliter.

[Ridiculi sunt *Dichotomiarum* ubique Ventores, dum contraria querunt, etiam ubi mera diversitas & gradatio est. De quibus *Henricus Mylfort*. *Quales divisionum illa frequentiores præsertim è contradicentibus? quales Dichotomia è non contrariis? Distinctiones sunt, non germana divisiones. Ita quos autem Proteos & Vertutanos Dichotomia*

converſi poſſit, offendunt libelli eorum, qui talibus delectantur. Hactenus ille. Verulamius Dichotomiz illud ſtudium *Nubeculam* fuiſſe dicit, *qua caſo tranſiſit*. Verè. Inciderat enim in mentem unì homini, qui cùm illà continuo uti tentaret, reperti ſunt & qui imitarentur, & qui tandem rursùm deſerent, melius proſpicientes. Nam revera coacta ſunt pleraque Dichotomica, per quæ rebus vis inferitur: ſecundò, ſunt obſcura, memoriæ excarnificativa. Tandem, non ſatiſſit rebus, quæ trino plerumque myſterio ſe & ſua expandunt. Nempe extrema tantum offendere ſine medio, per quod cohærent, eſt coram intellectu facere lacunas & hiatus, quos niſi valdè felix ingenium nullo ſaltu ſuperet, aut vix ſatis commodè.]

Sicut Definitionis Virtus fuit, eſſe brevem, perſpicuam, accuratam: ita ſint & Divisiones (1) Breves, ne multiplicent partes citra neceſſitatem. (2) partes diſtinctæ ſint perſpicuè (3) & tam verè, ut etiam *Reciprocatio* locum habeat: ut videlicet ſicut Hominiſ partes ſunt Corpus, Anima, ſpiritus: ita Corpus & Anima ſpiritusque ſimul ſumpta nihil aliud ſunt, quàm Homo. Nam deme Corpus, Angelus erit, non homo. Deme ſpiritus ſeu Mentem, Corpus, Anima Animal faciunt, non hominem. Hinc illud. *Nullum totum à partibus ſuis ſimul ſumptis & unitis realiter differt.*

LEGES ERGO BONÆ DIVISIONIS HÆ SUNTO.

1. *Diviſio ne ſit plurium vel pauciorum membrorum, quàm res ipſa poſtulat.*

[Sive. Partes exhauriant Totum; ut, ne quid in Toto comprehenſum omittatur, nec in ulla partium reperiat. E. g. ſi quis diſtribuat

Homines in Europæos, Aſianos, & Africanos; diviſio erit anguſtior diviſo. Ubi enim manebunt Americani?]

2. *Partes ſint realiter inter ſe diſtinctæ, ut ne altera ingrediatur alteram.* V. g. ſi quis Homines diſtingueret in Europæos, Aſianos, Africanos, Americanos, & Indos. Indi enim in Aſia ſunt: aut etiam abuſu vocis in America.

3. *Partes ſint ſibi invicem proportionata, quantitate & qualitate.*

[*Quantitate*: ut ne aliqua abſorbeat maximam Totius portionem, alteri vix tantillum remaneat. *Qualitate*: ut omnes partes ſint poſitivæ & affirmativæ, non verò aliqua privativa ſeu negativa. Vitiola igitur eſt diviſio, ſi quis Humanum genus dividere velit in Protoplaſtos, & illorum progeniem. Item ſi dicat; Homines alii ſunt videntes, alii cæci. Fortuitus enim caſus, & inde veniens privatio, ſpeciem conſtituere nequit: quia partes eſſentiale aliquid ſunt in Toto.]

4. *Differentia tamen rerum (è quibus Diſtributiones ſumi poſſunt) non tantum à ſine, aut forma eſſentiali: ſed è quocunque loco inventionis ſumi poſſunt & ſolent.*

[e. g. Homines ſecundum *Tempus* ſunt priſci, aut moderni, aut poſteri. *Ex loco* ſunt Europæi, Aſiani &c. *Ex quantitate*, communis ſaturæ, aut gigantes, aut pygmæi. *Ex Qualitate*, Ingenioſi aut hebetes.]

5. *Quomodo unum Oppoſitorum diviſitur, ita debet & alterum.*

[Ut, quomodo Virtutes, ſic Vitia: quomodo Affectus læti, ſic tristes.]

6. *Absoluta unius partis pertractatione, pergendum eſt ſic, ut quodlibet diviſum membrum rursùm (tanquam in ſeipſo*

seipso totum quiddam) consideretur, eoque denuò (præmissâ Definitione) in suas partes subdividatur & particulas.

[Nempe ita demum ad omnia circa Res observanda, etiam quæ se primâ fronte non offerunt, venietur: quia demum res plene patefcit, dum omnia ejus maxima & minima patefcunt.]

7. Si tamen ad minutias usque rem dissectari usus non requirit, abstinentum.

[Rectè monuit Seneca. *Totum facilis agnoscat, si discesis in partes, quas tamen enumerabiles esse, & parvas, non oportet. Idem visis habet minima, quod nulla, divisio. Simile confuso est, quod in pulverem usque factum est.* Erasmus verò *Visanda semper est partium turba.*]

8. Quod si omnino aliquid in multa dividendum venit, dividatur primò per partes majores, dehinc minores, tandem minimas.

[Aliàs erit laboris multum, & quidem tædiòsi ac incerti. e. g. si quis lineam vel Circulum dividere habeat Circini ope in partes centum, imperitus fortè mox ipsas minutias aggrederetur: peritus dividet primò in partes æquales quatuor, ut cuique cedant 25. (quater enim 25 sunt 100) tum harum quamque in alias quinque (nam quinquies quinque sunt 25) demum singula hæc minora spatia in alia quinque. Hoc procedet citò, jucundè, rectè: sicut & in omni alia divisione. Ut, si Commencatus dividendus sit in totum Exercitum, difficulter, molestè, inæqualiter procedet, si de toto singulis portio detur, adeoque incertum erit, an omnibus suffecturum sit. At si quot in Legiones dividitur Exercitus, in totidem æquales partes dividatur Commencatus; & quot habet Legio quæque Centurias, tot fiant sibi attributæ Commencatus partis partes &c. expedita erunt omnia, neque quisquam

præteriri, aut proportionem suâ frustrari, poterit.]

Tantum de Divisione Formaturæ parte secunda. Restat

III. *Comparatio.* Est autem hæc sciat rei cum alia re seu simili, seu diversa, seu contraria, collatio. Hujus quoque beneficio multum lucis inferre menti tuæ vel alienæ poteris. Ubique enim prodiere potest, quod thema tuum vehementer illustret.

Convenient autem in omni Comparatione tria. Res nempe duæ quæ conferuntur, & tertia illud ipsum, in quo conferuntur. Ut, si Hominem compares bullæ, propter instabilitatem &c.

Sed quæritur, annon aliquando plura quàm duo comparentur, per unum tertium se respicientia? Ut, cum Apostolus dicit. Viri diligite uxores vestras; sicut Christus dilexit Ecclesiam (Eph. 5. v. 25) ecce, quinque hæc res, Vir, Uxor, Ecclesia, Christus, Dilectio. Resp. Dum res tertia, in qua plura illa conferuntur, una est, non fit nisi unus triangulus, sic

Vir Christus



Uxor Ecclesia Dilectio

sive sic { Vir } diligit { Uxorem }
 { Christus } { Ecclesiam. }

Verum hæc potius est Comparatorum Combinatio, ad suum locum referenda.

Comparatio est vel plena, ubi rei cum re convenientia docetur; vel

H 2

pleniôr

plenior, ubi quid convenient vel differant, explicatur: vel *plenissima*, ubi omnia hujus & illius rei (per totum proportionis ambitum) lustrantur.

[Hinc enim tandem maximum surgit lumen: e. g. quia Apostolus Verbum Dei vocat *gladium* (Eph. 6. 17) si quicquid de gladio materiali utile observas, ad spirituales gladium accommodaveris, plurimas tibi & auditori tuo, pulcherrimasque videbis nasci Cogitationes, quæ aliàs non venirent in mentem. Ut (1.) Gladius non à seipso nascitur, sed conficitur ad Opificem. Ita Dei Verbum habet auctorem suum. (2.) Gladius conficitur è ferro, æquè ut securis, falx, vomer, malleus &c. forma aciei dat esse gladium, ita Verbum Dei componitur è literis, Vocibus, sententiis, æquè ut noster sermo, sed ab æterno opifice suo accipit aciem, (3.) Gladius gestatur in vagina, dum tamen opus est, educitur. (4.) penetrat acutè. (5.) perimit hostem &c. Omnia enim quæ de gladio dici possunt, ex toto rerum Alphabeto, ad Verbum Dei accommodata, mirè pulchra detegere possunt mysteria.]

Ubicunque igitur ullus occurrit Tropus, illius occasione mox institui potest Comparatio, ad rem quantum opus illustrandam, e. g. quia Ecclesia comparatur Navi, quidnà Ministri Ecclesiæ Nautis? Consuli urbis, quia Ecclesia urbi? Patrifamiliàs seu Oeconomus, quia Ecclesia domui &c? pro-

dibitque inexhausta bonarum Cogitationum messis.

[NB. Sed observa! Qui Comparationibus esse vult felix, mysteriaque spiritualia per quasunque res Corporales elucidare, necesse est, ut Corporalium istarum rerum particularissimam habeat notitiam, h. e. sit Panfophus, quantum potest. Tum enim demum inferiora ista rectè cognita, rectèque ad ideam suam stabilita, illud alterum collaterale rectè illustrare vi parallelismi poterunt. Atque tum gemum verum erit, quod meliores Philolophi dicunt; *Vnversa Cognitio nis basi: & Clavis, est Collatio seu Comparatio rei cujuslibet cum quibuslibet.*]

Hæc de notionibus formandis: Unum hîc non prætereundum, de Modo Notionis formandæ accurato per abstractionem seu præcisionem, h. e. Considerationem Cognoscibilis unius non consideratò altero, etiam si arctissimè cohæreant, v. g. Albedinis in Nive. Creta, Saccharo &c. non consideratis, ibi frigore, hîc dulcore &c. Imò licet quandoque reipsa idem sint, ut Totum cum suis partibus. Causa verò talis præcisæ Considerationis est Complicatio quandoque rerum, aut in rebus accidentium, tam subtilis, ut eas mens uno intuitu penetrare non possit: iterat proinde actus, variatque Modos, num sic vel sic rem cognoscere queat meliùs. sequitur

III. J U D I C I U M.

Notionum, Verborum, Particularium Operum.

Ad cavendum seu evitandum *Monstra.*

Notionum, rem imaginando aliter

quàm est (quod facillimum sine autopsia) videl. apprehensione

I. *Imperfectâ confusâ adhuc & te nebr-*

nebricosâ: ut suspicio, Conjectura.

2. *Privativâ*, ut est notio oblivione deleta: ut, si recordor me aliquid de N. audivisse, & nesciò quid.

3. *Apparemer*. Ut, Imaginatio quæ vis vaga, *Opinio*.

Vocum, adhibendo barbara, aut significationis ambigua, obscura.

Operum, tractando aliquid, cujus nullus est finis aut usus, vel nulla certa Idea, aut nulla necessaria requisita.

FIT PER QUARE.

Quare res 1. sit. 2. id quod est. 3. ita ut est.

Verbum. 1. significet. 2. id quod significat. 3. tali vel tali determinatione.

Opus. 1. suscipiatur. 2. tale vel tale. 3. hoc vel illo modo.

Veritas Notionis hoc vult, ut res revera qualis est, talis concipiatur; sive, ut notio conformis sit rei, cujus notio est. Quod fit trinâ actione. 1. Ut res rectè appareat. 2. Apparentia rectè ad sensum perveniat. 3. Intellectus rectè sensui attendat.

PORIS. Conceptus rerum si sint veri, tâ non variant quàm res ipsa, quia res modo eodem speciem sui omnibus spargunt, quò sunt. Quod autem Conceptus variant, Culpa est in apparentia, quæ variat; & hominibus, Qui non rectè sensus adhibent.

TU ERGO.

1. Quicquid menteprehendisti, an

verè prehensum sit, vide. Turpe enim falli. & sæpè noxium.

2. Examen hujus rei sit ordine inverso, quàm quo prehensio facta fuit. Ibi enim primò res sunt & radiant: dehinc apparent & ferunt: tandem concipiuntur &prehenduntur. Hic autem primùm examinabimus prehensionem, an legitime facta, tum apparentiam, an vera; demum res, an ita sint ut apparent. Nam si est, demum intellectui jungi poterit per suam formam, ut ille intelligendo se intelligere, cognitione rei se habere certam sciat. Quæ ut melius intelligantur, Paulo explicatius & fusiùs nonnulla hîc de Notionum judicio moneri operæ precium existimamus. Observandum ergò

I. *In Rerum Veritatem inquirendum est* (1) *Omnibus*, (2) *in Omnibus*, & *quidem* (3) *Omnimodè*.

[Quia Omnes, in Omnibus, Omnimodè aberrare possumus & solemus, nisi cavemus. Veritas enim (proprium Intellectûs pabulum) non semper in superficie Rerum hæret, plerumque profundè abdita latet, aut accidentium fallacium velis obtegatur, aut opinionum præconceptarum pulvere vel nebula decoloratur. Eruenda ergò est, detegenda est, detegenda est: ut evidens facta potenter constringat Intellectum.]

II. *Omnibus rerum scientiam venantibus in Veritatem inquirendum est: quia omnes de Veritatis possessione certos esse, & eam à contradicentium insulibus tueri posse æquum est.*

[Digna est Rerum Veritas, quam Omnis intellectus studiose ambiat. Digna & meas Omnium nostrùm, quam errorum iniquo amētis conspurcare non patiamur. Et vero simul

mul necesse est. Nam qui Veritatis nondum securus est, aut eam nondum tenet, aut si fortuito in eam incurfu impigit, scire se tamen quod scit, nescit, nec propugnare potest. Quod ex parte nescire est. Præstat autem possidere ex toto, quam ex parte; & scire se scire, non opinari.]

III. *In Omnibus querenda est Veritas: quid in Omnibus admiscere se potest & solent verisimilitudo, Vanitas, deceptio, error.*

[Si quicquid obvenit admittis, tam falsa quam Vera admittere necesse habebis: quia errans etiam & decipiens sibi credi vult. Errorque ipse, quia in Veritate aliqua malè intellectà nidulatur, pro Veritate se venditat. Suspecta igitur debent esse omnia, tam nostræ quam alienæ inventionis, ut nihil nisi quod examen sustinuerit, admittatur. Ita rerum non umbrarum congeries thesauros.]

IV. *In Veritatem inquirendum est omnino sollicitè illis, qui solidam Veritatis scientiam querunt.*

[Necessarius est talis examinis rigor, ne quidquam facilè transmittas sed eò usque pergas, donec certò videris fucum non subesse. Hoc ni feceris, construes tibi eruditionem ex imaginationibus, sive alienis, sive tuis, proque rebus umbras possidebis, quæ te in labyrinthos tandem deducunt, Quanquam enim Veritas rebus insit solidissimè, seque suis indicibus prædat constanter, nihilominus tamen in Oculis nostris multifariàm laborat: idque ob multitudinem & varietatem rerum, quâ & diversa certo modo eadem sunt, & eadem diversa; similia dissimilia, & dissimilia similia &c. Quæ omnia negligentius inspecta, mentem facilè confundunt, ut quid pro quo arripiat. Hinc vulgari iudicio quæcunque parum differre videntur, pro eodem habentur: ut Parum & Nihil; Difficile & impossibile; Vastum & immensam, & similia, quæ tamen in seipsis infinito distant intervallo. Atque inde est,

quòd omnia hominum, se & res incuriosè tractantium, plena sint non solum hallucinationum & Opinionum, sed & errorum: à quibus liberandi se, quantum datur, sapiens occasiones vialque non ignorabit.]

V. *Veritatis via vera est, ut rerum cognitio incipiat à Dubitatione, & desinat in Certitudinem. sive. Dubitatio est scientiæ initium.*

Equè enim Ignorantiæ ut Erroris tenacitas magnus Veritati cognoscendæ obex est. Si quis dubitare incipit, incipit ab errore liberari, & ad Veritatem cognoscendam disponi: quia ab extremo ad extremum sine medio non venit. Ut ergò ubique Veritatis capaces simus, ubique dubitationem præmittamus, & ad rerum examen veniamus, tanquam discipuli Veritatis normâ informandi; non autem tanquam ipsi rerum norma esse velimus: fucum aliàs facturi non Rebus, quæ erunt quod sunt, sed nobis ipsis. Ergò tutissimum adversus errandi periculum præsidium erit 1. Non facile credere. 2. Non nimium credere. 3. Non nisi convictum ipsâ rerum evidentiam credere.


VI. *Questionis dubiæ examen, rectè dicitur Iudicium.*

[Idem enim hic & eodem modò sit in foro Mentis, ut in foro Civitatis. Res sistitur, ut Reus iudicandus. De hac Prædictum aliquid, est instar accusationis seu Criminis. Argumenta affirmationem aut negationem stabilientia (undecunque desumpta) sunt instar Testium: Mens dei ique seu Intellectus Iudicis fungitur vice, & pronunciat atque concludit, Hinc Ax. *Iudicium fiat iudi-*

judiciò. Quemadmodum enim in foro sæpe quidem res conjecturis agitur, sed si demonstrationes irrefragabiles haberi possunt, justitia melius administratur. Ita hæc danda est opera, ut vel Geometricâ necessitate & evidentiâ omnia demoustrantur.

VII. *Ad Veritatis Rerum examen, Opus est* I. *Rei judicanda præsentia* (sive examinandus fuerit Sensus, sive Ratio, sive Testimonium) II. *Instrumentis rem explorantibus.* III. *Modò illa rebus applicandi certò.*

[Ut, ad inquisitionem Rerum tribus esse opus diximus: ita ad considerationem inventarum. Nempe, quemadmodum in iudicio forensi necesse est adesse Reum & Actorem cum Testibus; processuque legitimo à iudice in causâ excutienda & terminanda observando; ita hæc opus re. propositâ, h. e., Cognitioni oblata, sed sub quæstionem & examen datâ, ut clarè in conspectu sit. Deinde opus testibus, pro & contra; tandem processu legitimo, antequam ad conclusionem veniatur.]



VIII. *Instrumenta Veritatem probandi, eadem sunt quæ inveniendi, Sensus, Ratio & Autoritas Seu Testimonium.*

[Nempe quia Instrumentum quærendo aberrare potuit, hæc ipsò quoque examinandum est, donec pateat, utrum aberraverit nec ne. Examinandi ergò instrumenta tria sunt, Sensus, Ratio, Testimonium.]

IX. *In sensualibus rerum iudicatrix*

Ax. I. De re penitus ignota, nullum penitus est iudicium.

II. De re parum nota, infirmum est iudicium.

III. Ex parte de Toto iudicari, nequit; sed vice versa.

IV. Ex parte una, de parte altera conjecturaliter.

V. De re omnimodè perspecta, omnimode iudicare licet (cui iudicandi Normæ & illas applicandi Modus aderunt certa.)

(*autio*) De re igitur nulla iudicium fiat, nisi eâ ipsâ re, 1. perspectâ. 2. totâ perspectâ. 3. accuratè perspectâ.

VII. *Res cuius Veritas examinatur, est perceptio, aut Apprehensio, aut Notio, aut Prædicatio, aut Propositio, aut Syllogismus vel Discursus.*

facta Mens, instrumentorum applicatio accuratâ tria examinabit

I. *Sensum suum, prehendantne rectè apparentiam rei.*

II. *Tum apparentiam ipsam rerum: respondeatne rei ipsû.*

III. *Tandem rem ipsam, quid ergò sit in Centro suo, ut cur inde apparentiæ*

rentiæ istæ proveniant, pateat.

[Lites enim de rebus terminari non possunt sine rebus. Res enim sunt quia sunt; & quod sunt, se esse fatentur, accuratè examinatz. Cujus primus modus est experimentatio sensu-
sualis, h. e. immediata.]

NB. Ad cognoscendum num aliquid sit (Perceptionem) aut Quale sit (Apprehensionem) sufficit sensus simplex: ad deprehendendum autem quid sit (Notionem) sufficienti undique examine opus est. Vid. Verul.)

X. Ratio, rerum dijudicatrix, etiam seipsam dijudicare necesse habet, annon judicando aberret.

[Nempe, quia ipsa quoque Ratio munia sua perfunctoriè obeando, labi potest: & quia Res miro artificio complicatz sunt, ut sensus ipse quandoque quid pro quo arripiat, opus est sensibus quoque ipsius inspectòre, Ratione, examinante, an sensus prehendat.]

XI. Testimonium, quia excerptum supinè, fallere potest, semper, annon fallat, videndum est. Hoc fit circumspiciendo.

1. Num rectè sensum testantis accipiamus, sive, annon fallant testimonii Verba, contra testantis mentem.

2. Num ille quoque rem testando, fallere non intenderit.

3. Annon ipse quoque falsus sit.

Ubi necessariò vel ad rei ipsius examen per sensus & rationes veniendum erit, vel ad inspiciendum & conferendum testimonia plura.

Ax. 1. Testes & Testimonia, ubi res præsens est, aut esse potest, necessarion sunt (utilia esse possunt, si

nostræ experientiæ accedat alienarum similis comprobatio.)

II. Testes habeant rei veram (h. e. claram, distinctam, certam) cognitionem.

III. Testes sint Viri boni, de quorum fide dubitare fas non sit. h. e. quos neque falli potuisse, neque fallere velle, certò constet.

XII. Modus Instrumenta hæc questioni dubia applicandi est, ut applicentur (1) Homogenea Homogeneis (2) subsidio tamen mutuo omnia omnibus (3) sed gradatione & subordinatione debitâ.

XIII. Homogenea Homogeneis applicantur, cum sensibilia sensu, Rationabilia Ratione, Credibilia Testimonio demonstrantur. Et quidem sensualia sensu appropriato: Rationabilia ratione proximâ; Credibilia divina testimonii divinis: Humana humanis, & publica publicis &c.

Nunquam satis inculcari potest, quàm noxiè ista confundantur. e. g. si quis cognoscere cupias, num succinum sit liquabile, discursu aliquo & rationum eongerie, operose & inutiliter fatigare se, aut alios, malit, quàm adhibere ignem, & experimento sensuali id cognoscere. Aut rursum, si quæ Sensu & Ratione demonstrari possunt, vellet quis testimoniorum coævatione stabilire. Hoc verò perinde est, ac si quis velit Colores dijudicandos auribus, sonos naribus, sapes oculis adhibere.]

Ex præmissis hisce sequentes sunt Judicii de rerum Veritate

JECES, & AXIOMATA.

Ax. 1. Quod neque Sensu, neque Ratione, neque Testimonio fide digno probari potest, pro incerto habetur.

II. Quic-

II. *Quicquid sive Sensu, sive Ratione, sive Testimonio sufficienti falsitatis convincitur, falsum est.*

III. *Quicquid Sensu, Ratione, Testimonio liquete demonstratur, verissimum habetur.*

[Certius enim pleno Orbe Luceam mihi lucere scio, si non tantum Oculis video; sed & rationem cur io oppositione aliter non possit, quam mihi totam illuminatam faciem obvertere, teneo. Certius rursum, homines ubique in mundo mori, scio; si experientia sensualem nobis id testetur, & ratio ex legibus Compositionis, quæ dissolubilitatem secum trahit, necessitatem inferat, & DEUS tandem Verbo suo causam supernaturalem, cur ita jam fieri necesse sit, detegit. Ita sibi mutuo certitudinem seu firmitudinem conferunt. Deinde, se quoque mutuo tria hæc emendant. Nam si oberrat Sensus, emendat Ratio; si Ratio, Dei Revelatio. Tandem subsequens quodvis supplet defectum prioris.]

NB Probatio rei per Sensum, Demonstratio est: Per Rationem propriè dicitur *Ratiocinatio*, [*Syllogismus*; per] Testimonium dicitur *Deductio*. **Boh.**

Demonstratio tamen etiam dicitur, ubi rationum & consequentiarum vis tantâ evidentiam contexitur, ut assensum non dici sed cogi palam sit

IV. *Sensus est certitudinis maxima, Ratio minoris, Testimonium minima, nisi sit aut divinum, aut humanum. Universale supra rationem est, hoc etiam supra sensum. Ut, Beatitudinis etiam posthanc vitam desiderium, adeoque immortalitatis animæ universale Testimonium,*

contra omnes Atheorum Sophisticas rationes valet.

[Increata Veritas Christus, dicit: *Ego testimonium ab homine non accipio.* Concreta rebus Veritatis eadem est vox. Non secundum humana testimonia judicari de se vult, sed secundum essentiam, sive Rerum testimonia. Alitubi tamen non sprevis testimonia Christus, propter simplices, nec Deus spernit *Vos meos testes esse.* Ita & in fide facienda opus est.

1) Si res absit quæ demonstrari possit, ut, de iis quæ in America.

2) Si sensus absit: ut, Cæco de coloribus testari.

3) Si sensus sit præjudicio ligatus. Ut, si quis testimonio alicujus de re aliqua persuasus, alio ejusdem testimonio informandus.]

V. *A Testimonio igitur ad Rationem, à Ratione ad Sensum (& à sensu alieno ad proprium, ab uno ad plures, à negligentius adhibitum ad accuratius adhibendum, atque sic ab experientia insufficienti ad pleniorum) provocare semper fas est.*

[Sic & utendi tribus his methodus est. Primo exercendi Sensus, dehinc Ratio, tandem Fides. 1. quia quodlibet posterius majore constat apparentia in seipso. 2. quia facultates erga objecta ista sic gradatim se in nobis exerunt. Ab infantia mox incipit sensualium Usus; Ratiocinatio legitima in pueritia; Iudicium quoad fidem rationabilem opus cum adultiori ætate. Pueri sanè quodvis credunt. sed rudimentum est Fidei: falluntur sæpè.]

VI. *Authoritas quanta quanta videatur, Veritati clarè demonstrata semper & ubique postponenda.*

[Epit. *Quæritur Veritatis norma num à Mente personæ, an à Rebus?* Logicus quæ Logicus nihil nisi formam considerat Propositionis, Syllogismi, discursus &c. Mathematicus vero sicut à Rebus, Normas vetò, uade? 1. par-
tim

vim è Rebus sensu examinatis, & sic vel sic deprehensis. 2. Partim è Mente, notionibus communibus Res mensurante. 3. Partim è Testimonio autoritate pollentis; ut DEI. Ut, Cælum nè moveatur an terra, Logicus quàm Logicus decidere non potest, sua tantum Philosopho accommodat Normas. De mediis illis Normis è

Ratione desumptis hoc magnum non omitendum *Quod intellectus non potest capere. mensura rerum non potest ferre.* Ut, Corpus sine dimensione; Longum sine continuatione, latum sine extensione; Numerum sine divisione &c.]

CAPUT IX.

DE ARTE CIRCA BI-NOTIONES, BI-VOCES, BI-OPERA.

Sive

Ars Notiones Notionibus, Vocesque Vocibus, & Res rebus rectè connectendi.

[Hic incipit Compositio; sed simplex, unius cum uno, si rectè, prodit pulchra & suaviter Compositio, si secus, monstruosa, aut certè iacommoda, & injucunda. Huc pertinent XV. Regulae syntacticæ cum suo Parallelismo in Log. & Pragm.]

THEORIA.

Bi-notio est pars Cogitationis; ubi aliquid de aliquo cogitatur, citra tamen affirmationem aut negationem. Ut, si arbore inspectâ cogitem an quercus sit.

[Vocatur aliàs Appositio, Attributio, Prædicatum &c. quatum plena est omnis Cogitatio. Ubique enim aliquid de alio cogitur.]

Bi-vox est pars Sermonis, ubi vox voci jungitur ad aliquid plenius significandum quàm separatim. Ut, quercus arbor seu querna.

[Phrasin Vocant seu Vagum Constructionem, quarum plena est omnis Oratio Omnis enim Vox combinetur alteri alteri.]

Bivens seu Bi-opus est, ubi facturæ duæ sibi copulantur ad præstandum aliquid junctim, quod non possent separatim. U. Eques, i. e. Homo insidens Equo. & Equitatio; Persequi eam hostem de-

bet, quod Equus per se non potest: & celeriter, quod Homo per se non potest.

[Vocantur rerum Connubia, Respectus; Ligamenta, quorum totus Mundus plenus est. Quicquid enim usquam est, alicui combinarum est; imò alius variè.]

Omnis Notio alteri notioni rationaliter copulata, facit *Bi-notionem*. Ut, si solem cogito rotundum, flammæum, volentem.

Omnis vox alteri voci congruè copulata, facit *Phrasin*; ut, sol altus, figurè rotundâ, colore flammæus. movetur semper &c.

Omnis actio alteri actioni aprè copulata facit, *Bi-opus*; ut, est solis fulgor & Calor

Est autem ut *Phrasis*, ita Notionum & Rerum Combinatio tum simplex, tum Compoluta, tum Contracta.

Phrasis

h *asis simplex* est duarum Vocum, ut Puer ingeniosus. Composita, trium Vocum, ut *Puer boni ingenij*, & *Puer bono ingenio*. Contracta unius vocis, sed quæ se in duas resolvat, ut *Peringeniosus*, h. e. valde ingeniosus. Sic in Conceptu & Opere.

Prædicatio simplex est notionum duarum. Ut, Rex Alexander: *Composita* trium vel plurium, Rex Macedonum *Alexander Magnus*. (NB. Generalissimam enim Vocem Regis determinat, specificat, notio unius gentis Macedonicæ. Et hujus rursus notionem determinat Vox *Alexander*, Individuum

significans. Sed quia plures etiam hoc nomine Macedonibus erant Reges, determinatur hæc notio per agnomen uni appropriatum, (*Magnus*) si adhuc Compositiorem prædicationem vis, adde, *Orbis Terrarum victor*. *Contracta* Prædicatio est notionis unius, sed quæ se in plures resolvat: ut *Victor*, Scil. *Populorum*.

Res Combinata simplex, est rerum duarum, ut *Vir equestris*: *Composita* rerum plurium, ut *Vir equestris armatus*: *Contracta* rem ostendens unam, sed compositam, ut *Eques*.

P R A X I S.

Constans Inventione, Dispositione, Judicio, Notionum, Verborum, Operum, Combinandorum.

Omni subiecto quærendum est Prædicatum suum, & omni Prædicato subiectum. Per quid? Per scalam Subjectamentorum & Prædicamentorum.

Omni Vocabulo copulandum est aliud ad quod spectat, seu Omni Voci regenti

addenda est sua recta, & vicissim.

Omni parti Operis quærenda est res cui aliquid copuletur & cohæreat, & quæ alicui accommodetur.

NB. Attende in Theoria, quid cui cohæreat, & attribui possit: in Praxi, quomodo?

Obs. De Combinatione Notionum, seu Prædicatione.

I. *Quomodo inveniatur?* ex Alphabeto rerum. Omnia enim cum omnibus in mente copulari possunt, sed videndum quam apte. Cum enim Prædicamenta vocentur Alphabetum rerum (sive Mentis atque Intellectus scala) una eademque scala prodesse poterit inventandis & Subjectis & Prædicatis.

Deduces ergo Cogitatione rem tuam per locos absolutos (inquirendo in ejus principia, essentiam, species) dehinc per omnes respectus seu Combinationes, ut, cujus sit efficiens aut effectum, subiectum vel adjunctum deprehendas. Tandem *Combinationum* titulos, ad inveniendum,

cujus Totius sit pars, aut quas, in se partes continet, ut Totum &c. (Mira Cogitationum seges, attributionumque densissimus imber) Quàm jejuni hïc vulgò Metaphysici. Vid. Biterf Metaph. p. 58. & 59. quam facile hoc modo attributa inveniri poterunt omnia.

2. *Quomodo expendatur Prædicatio?* Per modos attributionis: Utrum adæquatè, an partialiter alterum alteri conveniat; rectè (ut DEUS Pater) an obliquè (ut Deus filius) Per se an per aliud; propriè vel impr. Ubi not. Notiones combinari vel Connubialiter, vel Connexive, vel proportionate, de quibus in Metaph. Omnium autem Combinatio, num modos disjunctos esse octo, quia res rei combinatur

1. per se vel per accidens. 2. Mediàtè vel immediatè, ut, Christus Davidis filius. 3. Propinque vel remote. 4. Adæquatè (totaliter vel partialiter) vel inadæquatè. 5. Necessariò vel Contingenter. 6. simpliciter vel secundum quid. 7. Propriè vel Communiter. 8. Separabiliter vel inseparabiliter.

3. *Quomodo ordinanda, si plurima Prædicata occurrant?*

ß. Essentialia prius, & quæ per se = Ut, Homo Imago Dei.

Tum accidentalia. Ut, Homo irrationalis.

Tandem Defectiva, ut, Homo miser, ignarus, mortalis.

Item Attributa absoluta primò = Combinationem seu respectum includentia secundò: Conglobata tandem.

De Inventione, Dispos. & judicio Phrasum.

1. Omni Nomini competit Adnomen aliquod: illud ergò quære aptum.

2. Omni Adnomini debetur nomen rei, quæ primò talis sit, aut proximè vel remotè

3. 2. Omni Nomini & adnomini addi potest Pronomen determinans; ut, Ego tibi Paule trado librum istum.

4. Omni Nomini competit Verbum aliquod &c.

Verbo Quot modis Res copulat

possunt, totidem *Notiones & Verba*, prædicanturque genus de specie. Species de individuo &c.

NB. In Combinatis deducenda sunt rerum Connubia, Connexa, Proportionata, adeoque Omnia Opposita, per omnia Entia quæ in Realibus dicuntur *Contraria*; in Mentalibus, Conceptus Oppositæ Enunciationis, *Antitheses*; in Verbalibus, Voces oppositæ significationis, *Antitheta*.

Sive Connubia dicenda sunt	Apposita, Syntheta
Connexa	Imposita; Epitheta
Proportionata	Opposita, Antitheta.
Sicque respondebunt	Regulis Syntacticis in Phrasi, ubi
Apposita sunt	Reg. I. III. VI. X. XII. XIII.
Opposita	Reg. VIII. XIV. XV.
Supposita	Reg. II. IV. V. VII. IX. XI.

Poteruntque dici Syntheta, Epitheta, Antitheta } $\left. \begin{array}{l} \text{Rerum} \\ \text{Notionum} \\ \text{Verborum (jacere, volace)} \end{array} \right\}$

DE ACTIONIBUS COMBINATIS.

Hic percurri deberet Alphabetum RR. & videri quomodo res rebus, actiones actionibus se combinari patiuntur, e.g. Actioni se adiniciens actio, aut iuvat, aut impedit, aut neutrum. Illud dicitur *Adiutorium*, istud *Impedimentum*, hoc *indifferens*. Sive, *Aliquem* roborare est *Juvare*; listere, *Impedire*: neutrum *indifferens esse*. Perge sic & habebis omnia, eritque lampas Combinatoria, qualem Jordan Brun.

Actionem jungere	{	Amice alterius dicitur Juvare	{	Scientia dicitur	Consulere:
		quod si fit		Sermone	Colloqui:
				Actione.	Cooperari:
	{	Inimicè alterius dicitur Con-	{	Scientiã dicitur	Prodere.
		trariari. Impedire		Sermone	Rixari.
				Actione	Reluctari.

Exemplum Combinationis actionum humanarum amicè junctarum. Conjugium. Considerentur primò principia Combinat. Unio, Conformitas, Communio. Dein species percurrantur. Ut, Connubii causa, Conjuges. Demum Accidentia. Ut, sunt juncti () Loco, erit Cohabitare, unde venit Contubernalis. Concivis. Conterraneus. (2.) Tempore, Coetaneus. (3.) Quantitate, Æqualis. & sic conseq.

Tandem Defectus & Monstra	{	Antecedens	Cœlibatus.
Defectus in Connub.		Conseq.	Viduitas
Monstruosa Copulatio. Sodomia, Bestialitas.		Concomitans	Discordia, Divortium.

CAPUT X.

DE ARTE CIRCA TRI-NOTIONES, TRI-VOCES, TRI OPERA.

Sive,

*De Sententia, Enunciatione, Systemateque Operis alicujus
minimo rectè constituendis.*

Tri-opus est, ubi res ternæ copulantur ad constituendum aliquod verum Totum. Ut, ad constituendam Januam (1) Ostium (2) Fores (3) Repagula. Ad constituendam familiam perfectam essentialia tria sunt, Pater-Mater-familias & familia.

Trivox est Sermonis pars constans nomine, Verbo, & aliqua particula affirmante aut negante. Vulgò sententia:

Notabis autem non ideo Trivocem dici, quod non possit plures recipere voces; potest enim vel 20. vel ultra; sed quòd non possit pauciores, nisi per *Crasin*: sed & ibi tertia intelligitur, ut mox patebit.

Tri-notio est Cogitationis pars, ubi aliquid alicui per aliud quid tribuitur: sive, ubi aliquid de aliquo prædicatur affirmatè aut negatè. Ut, Deus est bonus, prædicatur de DEO bonitas per τὸ esse: Deus facit bene, per τὸ facere. Vulgò effatum, Sententia, Enunciatum, Axioma, Pronunciatum dicitur.

Tri-operis partes tres sunt. Materia, Forma, Vinculum.

Sententia partes essentielles sunt Nomen, Verbum & alia quæcunque par-

ticula. Ut, Deus est bonus. Mundus complectitur omnia.

Enunciatum partes habet tres, nempe aliquid 1. de quo Cogitas, *Subiectum*. 2. Quod Cogitas, *Prædicatum*. 3. aliquid ista connectens, *Copula*. e. g. *Subiecta* omnium prima & generalissima sunt, *Omnia, aliquid, nihil*. *Prædicata*, *Esse, Semi esse, Non-esse*. *Copulæ* seu modi *sibi, alteri, aliis*. Brevius. Partes *Enunciati* sunt *Subiectum, Prædicatum, & Copula*. *Subiectum* est id de quo cogitur: *Prædicatum* est id quod cogitur: *Copula* modus cogitandi, h. e. affirmatio, aut negatio aut dubitatio.

Enunciatio variè dividitur. 1. *Ex Unitate, Veritate, Bonitate*.

1) *Ex Unitate*, est *Simplex, Composita vel Contracta*.

Qu. *Obedientia melior sacrificio, simplex an Composita?*

Resp. *Contracta*. Continet enim duas. 1. *Sacrificium* est bonum. 2. *Obedientia* est melior. Ecce duo subiecta, duo prædicata, sed enuntiantur ut simplex. Imò etiam simplex contrahitur, ut, *Aqua est frigida*: aqua friget (*substantialis*)

2) *Ex Veritate*, *Enunciatio est vel Summa*

summæ Certitudinis & evidentiz, Protonoëma *Axioma*, idque iterum

vel { *Identicum* Summæ certitud.
Combinatum, Summi Usus.
Complicatum Summæ Sapientiz.

Vel *Accidentalis*, ubi Veritas adest quidem, sed latet involuta, protrahidemum, & per demonstrationem in luce silti opus habet, *Problema*, *Theorema*, *Porisma*.

Vel *Defectiva*, quæ est vel apparenter falsa, in se vera, propter subtilem veritatem, *Paradoxon*; vel apparenter vera, in se falsa, propter subtilitatem deceptionum, *Opinio*.

Vel *Monströsa* error, qui si scienter fit, Mendacium est.

3) Ex *Bonitate* seu Ufu. Enunciatio est vel *Definitio*, *Diviso*, *Distinctio*. Ubi Obiter Obs. *Definitiones* reales per Conjugatas notiones non tolerantur. Ut, Calor est qualitas, à qua aliquid dicitur Calidum.

Neque *Divisiones* ex Vocum *Homonymis*, ut, Cancer est vel animal in aquis, vel sidus in Cælo &c.

2. Ex *Materia*, Enunciatio est vel *Definita*, eaque *Universalis*, *Particularis*, *Singularis*, *Omnis*, quidam, nullus. vel *Indefinita*, ut *Homines* & grotant.

3) Ex *Forma*, Enunciatio est vel { *Quæstio*
Dubitatio, *Hæsitatio*
Responsio, { *Affirmans*
Negans.

Judicium de *Enunciatione*, seu *Affir-*

matione & Negatione institui potest secundum has regulas.

1. Omnem affirmationem aut negationem præcedat dubitatio. (Faciet enim ut falli metuendo cauti fiamus.)

2. Nihil affirmare, nisi invictè verum.

3. Nihil negare, nisi apertè falsum.

4. De reliquis aut dubitare, aut leniter, quo rationum momenta inclinare videntur, inclinare, licitum.

5. Nihil credendum, facile quod Sensui & Rationi repugnat.

6. Nihil negandum, facilè quod Sensum aut Rationem habet adstipulantem.

7. Quod autem Sensuum, Rationis, Testiumque fide dignorum autoritate nititur, penitus non negandum.

De Contrariis & Contradictionis enunciationibus observ.

1. *Contradictoria* apparenter, facilè, verè, nunquam } reconciliantur.

2. *Negatâ Contradictoriâ alterâ*, non est necesse alteram concedi: quia potest esse utrumque, aut neutrum. Qualiter Franc. Patritius semper omnia quatuor proponit (affirmativam, negativam, utrumque neutrum) demumque aliquid concludit. Ut, aut calet, aut friget, aut utrumque remissè, aut neutrum gradu summo.

3. Ut in rebus contraria in idehtitatem recidunt, & sibi rerum plenitudo & har-

& harmonia constare debet: ita Conceptuum Veritas tum demum harmonice patet, cum Contraria etiam (& Contradictoria) in consensum reducuntur, ut de eodem dici possint. (Paradoxon hoc vulgaribus ingenii videtur, & est; sapientia tamen Dei sæpe ita ludit. Ut, Matth. 10. 49. Luc. 19. 26. Prov. 16. 4.)

Ax. Diverso respectu, contraria etiam & Contradictoria, de eodem subjecto dici & cogitari rectè possunt.

[Ut Vivum cadaver: mortua Vita. Est & non est: Apocal. 17. 8. Deus concitavit Davidem & Satan: 2. Sam. 24. 1. & 1. Paralip. 2. 21. Deus illuminavit lucernam meam & tenebras meas Ps. 18. 29.]

4. Diversa aut Contraria de eodem affirmantur aut negantur cum limitatione. Ut, Homo mortalis { est; secundum, carnem,
non est, juxta animam.

5. Diversa in eodem subjecto constituta, ne conceptum confundant notam habent, quâ distinguntur, restringuntur, limitantur, determinantur, ut Rom. 9. Christus est à Patribus secundum carnem.

AXIOMATICA.

Axioma est Notionum Combinatio per unum tertium rerum nexum necessarium menti detegens. sive est, enunciatio fide per se digna, qua intellectus terminis necessariis admittitur. Ut, si quis sciat quid sit Totum & quid sit Pars, non potest non intelligere Totum esse majus suâ par-

te. Nec enim quisquam usquam à Te impetrabit, ut aliter credat. Huc facit, illud Cicer. *Nulla mania tam sunt munita, quin machinis aut suffocionibus. aut (& nihil horum) produsione capiantur: At sapientis decreta sunt inexpugnabilia.*

Axiomatum finis est, ut pateat rerum esse, aut non esse, aut semi-esse.

2. **Forma**, affirmatio, negatio, distinctio.

3. **Materia**, res omnes.

Ax. *Axiomata affirmata sola parium scientiam: Negata evertunt errorem: Distincta cavent Veritati ab errore.*

Axiomata sunt trium generum, Identica, Combinata, Complicata.

[Quæ Distributio desumpta est ex respectu Entis trino. 1. ad se. 2. ad alterum, 3. ad tertium per alterum.]

1) *Identica seu Protoxiomata* sunt, ubi idem de seipso prædicatur, summæ certitudinis. Ut Lux & Visibile, per se visibile. Idèd quia Unitas & Veritas sunt Entis attributa. Ens autem sibi ipsi non esse primò & summè junctum, impossibile. Ergò se menti primò uniunt & verificant.

Idem autem prædicatur de seipso, vel 1. *ratione essentia*, ut, Ens est ens, Tempus est tempus. Homo est homo. &c. & sic in infinitum. 2. *Vel ratione partium suarum*, Ut, Homo habet humana membra: Pius omnibus pietatis muniis studet. 3. *Vel ratione modi agendi*: Ut, Pius piè cogitat, agit, vivit,

vivit; moritur) Priora priùs (simplicia ante composita, Vita ante Mortem) Potiora potius. Maxima maximè (bona appetenda mala fugienda) & his similia, è Conjugatis desumta, quæ ferè sola Mentium lucem absolvunt.

2) *Combinata* *συνεπνοήματα* sunt, quæ per primum intelliguntur, cum alio aliquò sibi essentialiter cohærente *συνῶτα δεήματα*. Ut, Color per lucem.

3. *Τελονοήματα* seu *Complicata* sunt, cum duo quædam cohærent propter tertium, alteri essentialiter cohærens. Ut, corpora videntur propter coioem in luce.

Talium Axiomatum consideranda Inventio, Dispositio & Judicium.

I. INVENTIO.

Inventio Axiomatum est certus rei modus, quo nobilissimorum Axiomatum uberissima seges proveniat. Uno verbo. Axiomatica, sive, Ars Condendi Axiomata, ut scias, qua de re formanda sint, unde, quomodo; Sabundo dicta Ars affirmandi & negandi.

1. De quo? de omni re notione clarâ perceptâ.

2. Unde? ex tota cogitabiliū ferè.

3. Quomodo? Consentanea affirmando, dissentanea negando.

Nelipe termini jam noti miscentur inter se modis infinitis, querendi tamen soli essentialia. Modum unum inuimus

per Conjugata, ex quibus Identica formari commodissime possunt. Ut *Doctus doctè* disputat. *Pius piè* cogitat, loquitur, agit. Ita Apostolus, qui *justè facit, justus est*. Qui modus fundamentum est omnium per quæ demonstratio procedit, tanquam à priori.

Alius promptior & certior Axiomatum vestigandorum modus est per Combinationem cum Cogitabilibus, deducendo thema quod vis per totum Alphabeta rerum. Mirum dictu, quanta axiomatum seges spontè ac ultrò sese offerat. Cujus exemplum dedimus in Ente: Hic tibi in gratiam adhuc unum atque alterum apponemus.

II. DISPOSITIO.

Res immensi usus esset, si omnià Axiomata de ulla re Arithmetico more copulatata, Geometrico mensurata, in catenam redacta haberemus. Bistertf. 26. Quia enim præcipuum Veritatis robur in illis consistere nemo eruditorum ignorat, nemo etiam negabit exquisitam esse illis per omnia rectè constituendis. (h. e. colligendis, ordinandis, & ad immotum usque robur solidandis) dandam operam, &c.

III. JUDICIUM.

1. *Axioma verum quid?* Axioma verum est, quando notiones eum invicem intra mentem ita copulat, quomodo res conceptæ intra seipsas copulatæ

K sunt

sunt extra mentem. Sic enim non faller. Hoc n̄ esset, Magna esset in cognitione humana consilio, neque quidquam certò sciri posset.

2. *Veritas Axiomatum unde patefcant* per exemplorum inductionem. Nam si vel unicum detur in contrarium, Axioma non est verum, i. e. non erit Axioma. Ah quantus Sapientiæ apparatus talium Veritatum copia, quæ nullis instantiis infringi queant. Certè in illis latent omnium ratiocinationum radices & nervi, omniumque solutionum fontes. Imò quod plus est, in illis latent tum sapientiæ Dei uni-

versalis arcana, tum universalis nostri luminis scintillæ ac fomites, & denique Universalis inter omnes & omnia conciliandæ Concordiæ & pacis conditiones ac vincula.

Cavendum tantum summopere, ne pro axiomate admittatur quod tale non sit. Enunciationes scil. ex parte tantum, non de omni, non ubique, non semper, non per se, non reciprocè veræ & c.

Quod ut evitari possit, observandæ de judicio enunciationum paulo supra propositæ regulæ.

CAPUT. XI.

DE ARTE SYLLOGISMI, PERIODI, SYSTEMATIQUE
ALICUJUS MAJORIS.

Sive,

De Arte Ratiocinandi, Periodizandi.

1. *Syllogismus* est notationum in propositiones redactarum plenus ambitus. Ut, qui omnes vitæ gradus jam transit, illi est moriendum.

(Lat. Ratiocinatio-mentum].

Constat ergò Regulâ, Regulando & Regulato, h. e. Propositione trinâ, quarum prior continet Regulam, secunda illam

1. *Periodus* est Verborum in sententias contextorum plenus ambitus. Ut, in omni negotio cum ad finem ventum est, desinendum est.

Constat ergò partibus primariis duabus: quarum altera sensum aperit, diciturque Protasis; altera claudit, diciturque Apo-

1. *Opus completum* est actionum particularium in unum copularum plenus effectus. Ut, dum ex postibus, liminibus, foribusque appensis fit Janua, h. e. ædificii Introitus.

Tria habet tale Opus. 1. Ideam seu modellum, secundum quem res fieri debet. 2. Elaborationem partium ingredientium.

3. Com-

applicat, tercia, num con-
veniat, nec ne, pronun-
ciat:

dosis. Ita in exemplo duæ
sunt. 1. Ventum est ad
finem negotii. 2. Desi-
nendum est. sed quas in
Periodi formam redigunt
particulæ connexivæ Cum
Tum. Amplificant autem
circumstantiæ universita-
tis (in omni negotio, Vi-
ta etiam ipsa)

3. Completionem illarum
& nexum.

Materia Syllogismi sunt
1. tres Propositiones (1)
Quæstio, an Cometa sit
Stella? (2) Assertio il-
lius quæstionis, vel nega-
tio: Cometa non est
Stella. (3) Assertionis aut negationis ratio, quia Cometa
verò apparens. 2. Tres in illis contenti termini, primus (minor) secun-
dus (major) tertius: quorum duo sunt in quæstione: tertius addit argumen-
tum.

Materia Periodi sunt
Propositiones duæ, tres,
plures.

*Requisita operis Com-
pleti sunt* (1) Materia spe-
cialiter sic dicta. (2) Exem-
plar seu Idea. (3.) Instru-
mentum, formam copu-
lans materiæ.

Forma Syllogismi sunt è
tribus terminis formatæ
Propositiones, earumque
dispositio talis, ut ex ter-
mino majore & tertio for-
metur Propositio: ex minore & tertio Assumptio, tandem ex addito septi-
mo (Ergò) sequatur conclusio. Vinculum sunt particulæ Atqui, ergò &c.

Forma Periodi est re-
ductio illarum ad Prota-
sin & Apodosin.

Forma Operis consistit
in materiæ præparatione,
formæ introductione, &
integri Compositi stabili-
tione.

Cum in Syllogismo
quælibet Propositio duos
terminos habeat, subje-
ctum & Prædicatum; Co-
pula verò Assertivans &
Negans stet pro termino
uno, tertio seu medio, fit
ut syllogismus in septem
notiones (ter diversè

Periodus Septimembris
perfectissima, Sicuti diffusa
est per omnia sapientia
Dei, & spectandam se-
dat ubique, modò atten-
deremus, idque seriò, ita
perfecto si attenderemus
ubique, quæ circumferi-
mus sensus, diffunderet

*Rerum Fieri Septigra-
datum.* 1. Ex prævisa idea
& necessitate nascitur de-
siderium seu DEBET.
2. Ex datis Principiis seu
mediis POTEST. 3. ex
Concursu Principiorum,
FIT. INCIPIT. ORI-
TUR. 4. Ex continuatio-

combinatas, additoque illa per omnia nostra lu- ne $\tau\alpha$ esse, existit CRE-
 septimo Ergò) sese re- cem mirabilem. SCIT, roboratur. 5. Tum
 solvat. est in AKMH ubi VI-
 GET. 6. Rursumque decreſcendo DEBILESCIT. 7. Continuatòque de-
 crementò esse DESINIT, PERIT,

Est autem Syllogismus vel <i>simplex</i> , tribus simpli- cibus constans Proposi- tionibus; vel <i>Compositus</i> (pluribus aut certè tribus Compositis) vel <i>Contra-</i> <i>cus</i> , una vel duabus, Enthymema.	Periodus est vel <i>sim-</i> <i>plex</i> , Unimembris; vel <i>Composita</i> , bi-tri-quadr- imembris, vel <i>Contracta</i> , ubi propositio vel Reddi- tio dissimulatur.	Opus <i>Completum</i> est vel <i>simplex</i> Unipartitum, ut Janua unis foribus: vel bi- partitum, ut Porta bival- vis; vel tripartitum, ut Porta cum Vestibulo.
---	---	---

Qu. An una etiam?

R. sæpe. Ut, si aliquid
 mentienti dicas, Menda
 cem oportet esse memo-
 rem, erit Propositio ma-
 jor, minore & conclusione

Qu. An Periodus unica

possit constare sententia?

R. Imò etiam Voce,
 ut, Absit, Apage, Nes-
 cio.

handis illi soli relictis.

NB. In Doctrina syllogistica sententia illa, de cujus Veritate quæritur, nonnisi duos facit terminos, quia ibi Copula adjungitur Prædicato, ut, *An Cometa sit stella?* (stellam esse hoc unum facit terminum, qui vocatur major quia ibi duo termini Prædicatum & Copula coalescunt in unum) tertius ergò (ad structuram Syllogismi) assumitur externè litem diremturus.

P R A X I S.

Quicquid cogitamus syllogismi sunt, tametsi non attendat vulgus.

Quicquid loquimur Periodi sunt, tametsi formare eas nesciat Vulgus.

Quicquid omnes operamur, architectatio est ad systema tendens, etsi id non intelligat Vulgus. Namque.

Syllogismos naturales formare norunt omnes: at in iisdem formandis trifariam errant, nisi rectificati, arte

normati. (1) Pro Majore seu Maxima quidvis sumendo, regulam Curvam, Lesbeam sive falsam, apertè sive pòr accidens tantùm, aliquando vel alicubi veram. (2) Verissima etiam præmissa Veritatis norma ceu fundamento, nesciunt applicare. 3. Tandem è verissimis etiam legitime præmissis nesciunt concludere.

Periodos loquuntur Omnes; at Per-

Periodum formare justâ præmissâ Prothasi, Apodofi, clausulâ, vulgus nescit. Et

In Opere nesciunt eligere materiam, aut introducere formam, aut firmare.

Homines autem cum simus, Ratione animantia cætera superantes, rationabiliter de omnibus judicare, fermocinari, operarique omnia debemus. Sed quotusquisque est qui id præstet, aut curet, solis exceptis vere Logicis & Oratoribus, Mathematicisque Tornatoribus & aliis quibusdam accuratioribus Artificibus, Artificiose, Opera sua facientibus, quia

1. Palpabilia.
2. Lucri spes stimulat & famas.
3. Durabiliora, quam Cogitatio & sermo: ideoque plures ea spectant, erudiuntur, ad imitationem invitantur. Vulgus horum omnium ignarum, impotens.

[Huc igitur adeste, quibus rationabiliter Cogitare, loqui, Agere volupe est, & Rationandi, Sermocinandi, Operandique artificium simul discite!]

I. INVENTIO ARGUMENTI.

Syllogismi basis cum quæstio sit, ad eam probandam argumentis opus est, petenda vel à Sensu, vel à Ratione aut Testimonio. Unde

Reg. *Probatio Dubii fit per Sensum, Rationem, Testimonium.*

Nam 1. Ex Sensu nascitur Inductio seu Demonstratio experimentalis inferens *Scientiam.*

2. ex Ratione nascitur *Syllogismus* seu Demonstratio rationalis, inferens *Intelligentiam.*

3. ex Testimonio nascitur *Authoritas* eliciens *Fidem.*

Omnes tamen istæ probationes ad Syllogismi structuram reducuntur. *Inductio* ad hanc; *Quod de Omnibus speciebus verum est, etiam de genere verum erit.*

Authoritas ad hanc. *Quod testatur qui non fallit, verum est.* Atqui hic; Ergò.

NB. Doctrina de Syllogismo tractanda primum ut perfecta est, essentialis, reliquæ argumentationes ad illam reducuntur, ut *Ens Defectivum* ad suum integrum.

Deductio ad absurdum nititur hoc fundamento. *Impossibile est idem esse. & non esse.*

II. DISPOSITIO SYLLOGISMI.

Huc pertinent Syllogismorum Species omnes. Huc & *Inductio, Sorites, Dilemma, Prysyllogismus, Enthymema, Paralogismus, Sophisma & c.*

Species Syllogismi simplicis tres. Figuræ sunt.

I. Ubi medius terminus in majore subjicitur, in minore prædicatur.

II. Ubi medius terminus in majore prædicatur, in minore subjicitur.

III. Ubi utrumque subjicitur.

Rursum verò tres hæ Figuræ variant per certos modos ratione Affirmandi aut negandi, Universaliter aut particulariter: quod Vulgò ad nauseam usque inculcant, cum res tanti non sit.

Syllogismus simplex est vel purè simplex, ubi Propositiones tres simplices: vel Compositè simplex, ubi Propositiones tres, sed Compositæ, aut saltem prima, ut *Connexivus*, si hoc, ergo hoc. *Disjunctivus*, Aut hoc, aut illud, De quibus

NB. Syllogismi disjuncti sunt omnium primi, simplicissimi, clarissimi. Aut est dies, aut est nox. Atqui dies, E. non nox, (quia ex prima Entis divisione. Nec tamen idèò invicti, ut vulgò putantur, propter participia rerum, quæ ubique fere dantur inter extrema: adèò ut tertium dari queat, neutrum, vel utrumque.

Proximi sunt Syllogismi Connexi seu Conditionales. si sol ortus est, dies èst. Atqui ortus est. E.

[Superstitio ergò Logicorum est, Syllogismos Compositos elidere: simplices seu Categoricos (uti vocant) tantum non adorare.]

Mihi sanè videtur, plures posse dari *Syllogismorum* species, ut, 1. ex quæstione Copulativa. 2. ex quæstione Relativa. Qualis Rex, talis grex. At Rex iste est impius. E. atque sic sententia stare potest pro norma seu regula sive mensura, majorem constituens: dehinc assumi quod expedit. NB. exemplum è sacris, Rom. 5. 3-5. è profanis, fenec. epist. 56.

III. JUDICIUM.

Judicium de syllogismo fit secundum 1. *Formam*, an Conclusio ex præmissis legitime fluat. 2. *Materiam* de Veritate præmissarum. 3. *Consequentia vim*, seu argumenti ad evincendam quod intendit sufficientiam.

Ax. 1. *Semper primum examinatur forma*, h. e. Propositionum dispositio, an sit legitima?

2. *Tum Materia*, h. e. singularum Propositionum Veritas.

3. *Demum Vis argumenti*, quæ patet è majore. (e. g. Copernicani demonstrant Terræ motum per majorem concinnitatè apparentiæ. Resp. Atqui plures excogitari possent hypotheses quæ apparentiis satisfaciant. Ergò quærenda potius Motuum causa, quæ diversitatem istam producere valeat.) & applicatione recta quæstioni, quam ostendit Assumptio: & an status Controversiæ rectè petatur, quod ostendit Conclusio.

De Materiali Judicandum Secundum has Regulas.

1. Propositio Major semper sit aut communis Notitia, potissima rationii basis, seu Notitiæ inîtz, tanquam communes judicii normæ: nec enim ruinosis inædificandum aliquid est: aut lex publica, aut Conclusio jam probata: aut Constet sensu & fide.

Opor-

Oportet enim stateram esse justam, & utrumque admitti, ut lanceam & pondus, antequam ponderentur merces. Si non fuerit talis, arenæ superædificabis: quantò plus superædificabis ne fundamento firmo, tantò majorem paris ruinam.

2. Minor non aliud assumat quam propositum est, & concludi intenditur.

3. Non aliud concludatur quam propositum & assumptum est.

Syllogismus ex substantialiter cohærentibus dicitur *Demonstratio*: ex per accidens veris *Probabilitas*: ex Defectivè cohærentibus *ἀσυλλογισία*. Syllog. apparentia ex incohærentibus & tamen fucatè compositis *Paralogismus*, *Sophisma*, Syllogismorum *Monstra*, ad quæ referri meritò possit Regularum aut sub Regularis exemplorum chaos.

Judicium de Dilemmate & Trilemmate.

Sicut plenitudo rei ex Oppositis demum coeuntibus exurgit: Ita Conclusio firma demum, ubi ex Oppositis etiam (principiis, autoritatibus, postulatis) elicitor idem. Quod fit, ubi utrumque (aut omne trinum) cornu ferit, assertoremque falsi convincit.

Paralogismi admittuntur variè, etiam cum non similia ceu similia assumuntur: & non diversa ut diversa: & non disparata, non Opposita, ceu Disparata, opposita.

De Syllogismorum ampliore Usu Observ.

Non restringendum esse ad solam quæstionem *An?* sed & ad *qualem? quomodo?* &c. h. e. non adhibendum duntaxat in Dubitatione seu Disputatione: sed & in omni deliberatione. Est enim Syllogismus omnis legitimæ ratiocinationis Universale instrumentum.. v. g. Si quærat, *qualem esse oporteat judicem*, hic vel ibi constituendum? Sumatur *Idea boni judicis*, habebitur *Propositio* major. Deinde quærat inter Cives, in quo requisita illa reperiantur: sicque reperietur (ut dici possit. Atqui hic talis est) erit *Assumptio*: unde suâ sponte sequetur *Conclusio*. *Ergo hic constituitur*. Ecce Syllogismus sine contentione! qualiter Omnes Cogitationes, & actiones humanæ meri Syllogismi sunt! scio objici posse. Sed & tum Cogitatio resolvitur in illam quæstionem *An hic talis sit?* Utique, Omnis enim quæstio, quid, unde, quare, quale, in *An* resolvitur. Non hoc ob stare potest, quò minus Syllogismi usum generalius doceamus quàm hæctenus, ut *manu ductio ad ratiocinationem plena sit, & ne Syllogismus putetur* (uti putavimus hæctenus fere) *ad solas pertinere disputationes*. Præterea, si quæstionem de Propositione majore vel minore *An Idea boni Judicis data illi, sit vera?* Et, *An iste Civis talis sit?* Syllogisticè tractare voles, non prior ille Syllogismus erit, sed alius à priori prorsus diversus.. Neimpe signa

signa quædam exquirenda erunt, ex quibus illa boni judicis requisita certe cognoscantur: hoc dabit Propositionem Majorem: Tum talia signa in Cive illo exstare assumēs, & probabis: tandem concludēs, non id quod Syllogismus ille prior, Hunc esse constituendum Judicem; sed Hunc esse talem, qualem conveniat Judicem. Per-

stat igitur, *Syllogismos dari non tantum Theoreticos, sed Practicos etiam; quorum Usus per omnia se extendat in omnibus actionibus nostris.*

Exemplum Septegradati processus
MENTIS in Cognitione Rerum,
LINGUÆ in eloquendis Rebus,
MANUS in producendis.

I. Est Objecti novi apprehensio.

Quam sequitur Ignorantiae sensus, desiderium cognoscendi rem novam excitans.

Tum fit acrior sensuum ab illa obversio.

Tum observatio differentiae cum aliis. h. e. generis, ut videat ad quam Classē rerum spectet.

Tum Observatio Differentiae ab aliis similibus, homogeneis: in quo jam Cognitionis basis fundatur, definitioque si opus

Tum fit examen partium majorum, dehinc minorum, ne quid inexplicatum remaneat.

Scrupulorum (si qui se offerunt aut objiciuntur) Solutio.

I. Occurrit Mentali- quid alteri dicendum.

Cupido excitatur hoc illi communicandi.

Conversio ad illum faciei, si praesens est: aut calami si absens.

Observatio quibus Verbis essentialia istius rei exprimenda sint.

Tum explicatio illius uberior, ut, quid velim certo percipiat.

extruitur,

Atque si quid videatur dubium, probatio, ut ne hæsitet.

Si quid minus elegans aut emphaticum, refectio.

I. Finis Operis primum venit in Mentem, innuens re aliquā esse opus.

Prævidetur forma, per quam res fini suo apta fiat.

Materia quæritur, formam talem recipere ac sustentare idonea.

Efficiens, talem formam in talem materiam introducere valens, principalis & Organica.

Fit Causarum concursus.

Progressus Operis quousque necesse est.

Vacillationum sublatio stabilimentis Omnigenis.

Demum

Demum sequitur Re sum Intellectus purus , rem , ut est, videns.	Demum obtinetur , ut Auditor Te intelligat.	Demum sequitur ab- soluta Operis duratio.
---	--	--

NB. Ad Mentis processum tertium pertinent quoque quinque principales quæstiones.

An ? Quid ? Per quid ? Quomodo ? Quare ?	} } } } }	ad quas respon- detur per	{ { { { {	Ita vel non Hoc vel illud Per hoc vel illud Sic aut aliter Quia.	} } } } }	Rursumque	{ { { { {	} } } } }	An ? An hoc ? An per hoc ? An hic ? An ideò ?
--	-----------------------	------------------------------	-----------------------	--	-----------------------	-----------	-----------------------	-----------------------	---

C A P U T XII.

DE COGITATIONUM, VERBORUM, OCCUPATIONUM

Conglobatione maxima in (1) Discursu. (2) Oratione. (3) Ne-
gotisque alicujus systemate integro.

I. DISCURSUS est
notionum in Propositio-
nes & Syllogisinos reda-
ctorum plenus contex-
tus.

Constat ergò *Materia*
Cogitationum multà, per
Propositiones & syllogis-
mos digesta, Veritatis
Vinculis colligatà.

Ax. 1. De qualibet re
permulta cogitari possunt.

2. Cogitatio multa,
confusio multa, nisi serve-
tur ordo.

3. Cogitatio ergo mul-
ta plurimà eget arte, ne

I. ORATIO est ver-
borum in sententias &
periodos redactorum ple-
nus contextus.

Oratio constat Con-
ceptuum & Verborum
multitudine, in phrasas,
sententias, periodos dige-
stione, transitionumque
vinculis connexione.

Ax. 1. Oratio multa
varia requirit verba.

2. In Verborum mul-
titudine obscuratur sensus,
nisi servetur Ordo.

3. Oratio ergò proluxa

I. VOCATIO (o-
fficium, munus) est actio-
num in Ordinem redacta-
rum plenus contextus.

Vocatio constat actio-
nibus seorsim spectatis
multis, in Connexiones
minores reductis, tan-
demque in summam reda-
ctis numeris debito ordi-
ne colligatis, tandemque
Unius Vocationis nomi-
ne fastigiatis.

Ax. 1. Vocatio magna
plurima habet negotia mag-
na.

seipsam multitudine suâ confundat.

Discursus est vel simplex, vel Compositus, vel Contractus.

Simplex Discursus est, ubi quis unam solam rem versans uno continuo filo Cogitationes ducit: ut, si meditaris de sole.

Compositus discursus est, ubi duo vel plura Menti obversa inspectantur: Ut, si quis de toto Planetarum Collegio meditetur.

consolandum, Claves, enim ista peculiâres suas habent actiones & instrumenta.

Contractus discursus est, ubi duo coincidunt. Ut, si quis Mundi solem meditando, altero Menti, oculo Christum Ecclesiæ solem respiciat, parallelismoque illo thema suum illustret.

Discursus mentis plenus partes habet decem. 1. Incidentiam seu occasionem datam. 2. Insistendi illi expressam necessitatem. 3. Thesim ad contemplandum sumtam. 4. Ter-

maximâ eget arte ad propositum regressionibus & vinculis constringendum, alioquin erit (1) Tautologica (2) Chaos (3) scopæ.

Oratio est vel simplex, vel Composita, vel Contracta.

Simplex est *Alloquium* ubi unus ideinque loquitur à principio ad finem, ut, in Concionibus & declamationibus fit.

Compositum Colloquium est, ubi plures inter se per vices loquuntur (sive colloquium inter se sit pacatum, seu Contentiosum Rixa enim monstrum est Colloqui.)

Sacramenta, disciplinam

Contracta Ratio est interloquium, ubi unus idemque & interrogat & respondet.

Plenissima oratio partes habet decem 1. Exordium (salutationem) 2. Narrationem. 3. Thema (propositionem) 4. Declarationem per definitiones, limitationes, Distributio-

2. *Quantò* negotia plura, tantò facilior confusio, nisi fervetur Ordo.

3. *Vocatio* ergò magna plurimum eget sapientia, semperque ad principales scopos attentione.

Vocatio est.

Negotium simplex, est unius finis & usus: ut est Vocatio Professoris in schola, cujus totum opus est docere.

Compositum Negotium est diversorum finium & usuum. Ut est Vocatio Pastoris Ecclesiæ, ad docendum & dedocendum, ad hortandum & dehortandum, increpandum & administrandum. siugula

Contractum Negotium est, ubi quis obiter plura quasi unum agit: ut, Paterfamilias in domo. Ludimagister in schola.

Plenissimum (plenè plenum) systema denario ferè constat numero, aut duodenario.

[Hi duo numeri perfecti sunt ideò, quia ex trino ternario constantur, cum addita

minorum consideratio-
nem analyticam. 5. Exa-
men seu tentamen Syn-
theticum. 6. Venationem
Syncriticam. 7. Invento-
rum Ordinationem. 8. Sin-
gulorum dijudicationem.
9. Si examen sustinent,
ad reliqua Vinculorum
beneficio annexionem.
10. Denique sic inventæ
& stabiliz sententiæ ap-
plicationem seu Usus
commonstrationem.

*Discursus mentalis vel
est diffusus, vel Concisus.*

*Discursus diffusus est in-
quirens in omnia quæ cir-
ca rem aliquam inveniri
possunt.*

[Meditationem vocamus
αατ' ἐξοχλῶ.]

*Concisus discursus est,
qui tantum necessaria in-
quirat.*

nes. 5. Probationem (si
quid indiget) 6. Obje-
ctiones, si quid objici pos-
sit. 7. Solutionem no-
dorūm. 8. Porismata. 9.
Adhortationes. 10. Con-
clusiones.

NB. Non tantum Allo-
quium illud & Orationes
dictæ seu Declamationes
ita procedunt, sed omnis
ratione institutus Sermo,
Colloquium, Disputatio,
Librorum scriptio.

NB. 2. Contracta ora-
tio est, ubi decem illi ar-
ticuli non tam expresse
ponuntur nonnulla etiam
ommittuntur, ut, si ex-
pedire videatur, inchoare
ex abrupto.

*Speciales Orationis dif-
ferentiæ sunt, quod sit
primo diffusa vel Concisa,
vel rebus adæquata.*

*Diffusa oratio quæ quic-
quid potest, dicit.*

[Vocatur Asiaticismus ab Asi-
canis Græcis, quibus adeo
copiose loqui solemne fuit.]

*Concisa oratio est, quæ
tantum nervos loquitur.*

[Vocatur Laconismus à La-
cedæmonii seu Spartanis.]

*Por. Laconismus semper
plus dicit quam dicit.*

copula, quæ copula in denario
est unitas: in duodenario Trias
Accedit, quia duodenario tri-
plex quaternarius primus undi-
que solidus inest. Hinc sunt hu-
manæ manui tanquam instru-
mento Instrumentorum dati
decem digiti. Hinc sanctitatis
Regulæ præscriptæ x. in De-
calogo. Hinc mundano sy-
stemati decem veluti contigua-
tiones datæ.]

*Systema diffusum est,
vel concisum.*

*Diffusum systema est, ubi
congeritur quicquid po-
test supra necessitatem:
ut est Opum coacervatio
in thesauris avari.*

*Concisum systema est, ubi
necessaria tantum parantur,
quæ præsentati necessitati
sufficiunt: ut sunt Opes
in domo frugalis.*

Meditatio est vel Humilis vel sublimis.

Humilis Meditatio est, ubi tui cognitio in te ipsa quaeritur, ut noscatur per se.

Meditatio sublimis est, ubi res in sibi simili, dissimili, contraria spectatur.

Hic radices accipit Logica elegans, quam videbis infra suo loco.

Discursus est vel liberior & amarior, ut sunt ordinariae Cogitationes, vel innexus syllogismis, ut sunt eruditae Disputationes.

[Uterque tamen errorum factor, si non dextrè instituitur, rebusque commensuratur accuratè.]

Discursus deficit, si quid necessarium deest, aut ordo, aut Vincula.

Monstruosus Discursus est rem quampiam malè pingens.

Media inter has est Oratio adæquata rebus, quæ omnia necessaria de corâ brevitate exponit.

Oratio est vel Humilis vel sublimis.

Humilis Oratio est, cuius rem propriè expressisse sufficit.

Sublimis oratio contra.

Huc ergò omnes Elocutiones Tropicae, paræmiacæ, parabolicae, Allegoricè figuratae. De quibus infra in Gram. eleg.

Oratio est soluta vel Ligata.

[Utraque sua habens Vicia, nisi regulis artis benè normata: De quibus mox in Syntaxi.]

Defectus Sermonis est, si quid dici intenditur, nec planè dicitur. Item defectus Transitionum, distinctionum, Pauciloquium, Multiloquium.

Oratio Monstruosa est, dum nimium vitiis scætet, aut ὕπερ ὑπέροχος.

Systema opus vel sublimè vel Humile.

Humile opus.

Sublime opus seu Magnificum.

Huc ergò Opera extraordinariè magna, splendida, pulchra, rara, de quibus infra.

Systema est mobile vel immobile. Mobile ut Curus, navis, ædificia ambulatoria. Fixum, ut Domus, Arx, Civitas.

Opus incompletum malè coherens, nullum aut exiguum, vel impeditum sui præbens usum.

Opus Monstruosum.

Obs. ad §. 6. Discursus Contractus est omnis Cogitatio cuiusque hominis, etiam negligentissime instituta. Semper enim ex aliquibus præmissis alia ex aliis colliguntur.

Ad §. 7. (Etiam sanè Syllogismus in denarium se resolvit, sunt enim tres Propositiones, quarum quæque tres continet terminos (subjectum, Prædicatum, Copulam) tandem Omnium

accedit Copula Ergò.

Ad §. 12. Differentia inter Disputationem & Contemplationem.

Disputatio	}	Unum attendit,
		Partem evertit,
Contemplatio	}	Quærit alterû evertere.
		Omnia speculatur,
		Complectitur totum,
contra		Quærit reconciliare.

P R A X I S.

Inventio.

Ad artem Inveniendi, quibus $\left. \begin{array}{l} \text{Discursus} \\ \text{Oratio} \\ \text{Opus} \end{array} \right\}$ continuetur.

Occasione cuiusvis ad quidvis illi cohærens transiri potest. Cohærent autem in rebus omnia.

Dato uno verbo annecti possunt omnia per Reg. XV.

2. Dato uno Vero, plurima alia sequuntur: ut, DEUS est.

Ergò 1. Mundus non est à seipso.

2. Nos non sumus nostræ potestatis.

3. Est qui omnia videt & iudicat.

4. Metuendus.

Sic Veritas veritatem trahit.

Datâ unica vel mininâ sententiâ, aliæ connecti possunt per Regulas suas.

4. Dato uno falso inferri possunt infinita, deductione in absurdum, Ut, DEUS non est. Ergò 1. Muudus temere existit.

2. Numen nullum colendum.

3. Iudicium nullum metuendum.

4. Agamus quicquid placet.

Sic Error errorem trahit.

Sic & Barbarismi & hiatus sese multiplicant ruptis vinculis.

Sic menda mendam trahit.

4. Constructo Syllogismo uno, annecti possunt infiniti: ut in Catena annulus annulo.

Periodi similiter per particulas Connexas.

DISPOSITIO.

Ubi Nor. i. totam quamque Rem, Discursum, Orationem, Opus, etiam tractari posse (1) Analyticè, per definitionem, partitionem, distributio-

nem. (2.) Syntheticè per Compositionem. (3.) Syncriticè per Comparationem.

Ut autem Ordine procedat Discursus, Oratio, Negotium, hac observa.

1. Quicquid cogitandum est, reduc ad scopum unum, aut si plures, subordinatos.

2. Heterogenea si se admiscant, sequetra, sive negligendo, sive (si quid utile se offert) alibi profuturum configurando.

3. Si Thema fuerit simplex, ordine procede. querendo An, quid, per quid, quomodo (species) quare?

4. Si Thema Coniunctum, incipe à disponendo Controversiæ statui: item observa, quis affirmet hoc, quis illud; & an? & quibus argumentis. Tum argumenta pro utraque parte expendere, quidque objici possit, diligenter inspecta: demumque Controversiæ decisionem institue si datur, aut è $\pi\epsilon\alpha\chi\epsilon$.

5. Si Thema aggregatum, Collige omnia necessaria, Colloca, Colliga, h. e. (1) Attende quæ ad intellectum rei faciant. sin, hiatus facies in mente tuâ parallelismo alieno. (2) Ordine procede à priori ad posteriora: ὅς ἔργον ἁπό τῆς ἔργου confundit. (3) Connecte iudicio.

Ut autem Collecta rectè colloces & colliges, hac observa.

1. Extremis deberi situm extremum, per se patet.

2. Constitutisque extremis quære

medium, & da in medium, æquali ab extremo distantia.

3. Tum vide intermedia, ut pro maiore huic aut illi extremo propinquitate dislocentur.

4. Et quorquot gradus reperiuntur inter extremum hoc & medium, totidem quære inter alterum extremum & medium, ut nihil sit (excepto medio) quin suum Oppositum habeat. e. g. Temporis.

(Olim (pridiè (heri (Hodiè) cras) postridiè) olim)

5. Si accadat, ut rerum gradus (propter subtiliores & insensibiler in invicem desinentes juncturas dignotum sint difficiliore, accuratori potius examine agendum est, quàm in rerum ordo intermittendus, donec distinctè tota scriptura pateat, eò partium ad invicem situ, quò melior non appareat.

6. Fieri plerumque, Ut septem cuiusque rei gradus emergant, vidimus in Metaph. Ergo quoties gradus rerum pleni quærentur, septenarius tentandus est.

7. Si plures gradus ostentari incipiant, vide, re an opinione. Voces ergo examina, annon duæ tresve eundem fortè gradum exprimant.

8. Denum particularum Connexivarum, transitionumque idonearum vinculis omnia & singula colligabis externè, ut opus Mentis plenum, undique sibi coherens esse appareat.

Interna denique Vincula stabilies, h. e.

h. e. singulorum enunciatorum Veritatem (an omnia prædicata subjectis suis *κατὰ μέρος κατ' αὐτό, καθὼς τὸ πρῶτον* cohæreant) attendes: atque si tuum opus esse voles solidum, non tantum nihil falsum aut incertum assertionibus tuis admisceri patieris, sed ne verisimilibus quidem locum relinques: aut si quid apodicticè demonstrare non poteris, candidè rationum momenta inclinent explicando, problematicè tantum (num sic vel sic potius) propones.

ORATIO Ut Ordine Procedat

1. Quicquid dicendum est, reduc ad scopum unum, ut, quid sit quod docere aliosque scire velis, ipse primum intelligas.
2. Heterogenea, si se admiscerent, sequestra.
3. Si thema Orationis tuæ simplex fuerit, incipe à Definitione (primum Verbali, si opus, tum reali) tum definitionem resolve in sua contenta. singulisque explicatis elice Axiomata, rursusque rem divide in suas species, singulasque rursus defini, partire, distribue.
- 4 Si thema Orationis tuæ sit con-

jectum, à determinando incipe, Argumenta explica, objectiones solve (candidè recitatas) quid in finem statuentum sit, doce.

5. Si thema aggregatum sit, Verba, phrasès, sententiàs, periodosque necessarias Collige, Colloca, Colliga ut supra dictum.

In Negotiorum Catena hac pariter observa.

1. Finem tibi certum sige, ut, quid tibi faciendum perficiendumque sit, certus sis.

Cætra vide cap. præced.

JUDICIUM.

De Discursu, Oratione, Opere.

Discursus debet esse Veritatum Concentratio, non ut hinc inde in Veritatem impingatur, & mox rursus fallaciæ, errores, hiatus, redeant.

Oratio tota debet ex Verbis, phrasibus, sententiis & periodis probè formati & connexi constare, ne quid improbum, hiolum interveniat.

Omnes partes *Operti* sint Toti necessitati, omnimodè locatæ, firmiter solidatæ: Prioribus non stabilitis, ad nova pensa non procedatur.

In Specie de Discursu.


Judicium erit de Discursu } Inventione, an apposita.
 } Ordine & cohærentia, an unum ex altero fluat.
 } Veritate, an firma omnia. Atque hinc

de vi Consequentiarum in { Sensatione.
 Ratiocinatione.
 Testimoniorum allegatione.

De Sensatione.

Sensus { Externi quinque. Tactus, Gustus, Olfactus, Auditus, Visus.
 Interni quatuor { Attentionis (vulgò Communis)
 Imaginationis.
 Ratiocinij.
 Memoria.
 Intimi tres { Lux Mentis, Notitiæ Communes.
 Motus Voluntatis, Instinctus Com.
 Vis facultatum, Impetus seu Conscientia.

Ex istis componitur Triangulus Pythagoreus per 3. 4. 5.



De Omnibus Nota, quòd fallant faciliè omnes negligenter adhibiti, normisque indigeant.

Ex istorum Compositione exurgit Myſterium Duodenarii, 4. & 5. facit 9. quibus adde 3. erunt 12.

Canones Judicii de argumento invento & vi Testimonii

I. *Testimonium locum habet potissimum, ubi sensus & Ratio deficiunt; aut Veritatis Harmoniam aliis demonstrari notis opus est, vel denique si stolidus, aliis inuolens uti oculis quam propriis. Solem enim lucere, Nivem esse albam quid opus testibus apud eum, cui Oculorum sensus non deest? Quid fulcris opus Domui bene structæ?*

II. *Ergò qui convinci potest rationibus, multoque magis qui sensu auctoritatibus oppugnandus non est. Nam ubi rerum testimonia adsunt, non opus est Verbis.*

III. *Testimonium contra sensum & Rationem non valet.*

[Ut Augustini Antipodas negantis & rationibus oppugnantis testimonium.]

IV. *Neque Auctoritati acquiescendum est simpliciter & ultimo; sed ut ductu Testimonii deducaris in rem ipsam.*

[Verum dixit, qui quid res est dixit. Ergò admonitus ab alio qui de re quapiam dicit quidpiam, attende, num res de se ipsa dicat idem.]

V. *Testimonium Affirmantis pluris est, quam negantis.*

[Ad probandum factum plus valet, unum vidisse, quam ad negandum idem factum mille alii, qui negant se vidisse. Sive Plus valet testimonium uniuscientis, quam multorum ignorantium.]

VI. *Testis propriam allegans Conscientiam pluris est, quam allegans alienam.*

[Testis oculus unus pluris est quam aurti decem.]

VII. *Testimonium à sano sensu & mente quieta veniens, praeferendum est testimonio ab affectu (ab animo commoto) venienti.*

VIII. *Testimonium tacentis contra loquentem non accipitur.*

[Fallit ergò, qui Authorem sic alleget. Hic aut ille de re nihil habet (e. g. Ptolomæus de America) ergò illa non est. Potuit enim rem illam Author ignorare, aut memorare oblitus, aut causâ quapiam studio reticuit.]

IX. *Testimonium a Consensu vel praxi Universali totius generis humani aequè firmiter est, atquo à communi notitia. Nec enim sine providentia illa actionum momenta disponente fieri potest, quod semper & ubique & omnibus sit.*

X. *Testimonium divinum omni exceptione majus est. Hinc illud. Vox populi vox Dei.*

DE ORATIONE.

ARS Faciendi Orationem, præcipuasque illius partes, Exordium, Dispositionem, Conclusionem.

EXORDIUM. Præcipuus & præcipuus Exordii ferè finis est, ut in ecstasi rapiatur Auditor, revocatâ mente ab aliis ad hoc agendum. Rarò enim debitam Dispositionem afferunt, quia vel aliis distenti, vel præoccupati præjudiciis. Et quamvis avidi adsint, tamen etiam ut Act. 10. 33. & 34. Ergò præcognoscendum, quantum datur, quinam adfuturi sint auditores? & quo animi statu (parati an imparati, quieti an distracti, obsequentes an

M

con-

contumaces, excitati an languentes &c.) & tum apta quærenda excitatoria, à personis, à rebus, vel tempore vel loco &c. ad excitandam vel *Attentionem*, si adfuturi sunt distracti aut somnolenti: vel *Docilitatem*, cum adesse putatur simplex aliquis non intellecturus rem, nisi narratione aliquâ præmissâ, vel etiam (cum præsentitur mentis alienatio) *Benevolentiam*. *Attentione* excitatur ostensione necessitatis, *Utilitatis*, *Jucunditatis* thematis. *Regula*. Exordium ne sit prolixum, præfertim si *Auditores* accedere paratos (attentione, præcognitis, benevolentia) constet. Nam *cognoscendi avido omne præmium longum est*.

II. **DISPOSITIO ORATIONIS.** Dispositionis accuratæ summa habenda est ratio, ut quid conveniat exordio, quid Tractationi ipsi, quid Conclusioni, non in Congeriem con-

fusè, sed ordine debito, ut fluant ubique ex prioribus posteriora. Non enim quicquid ante currum prominet, Temo est: Sed qui sic prominet, ut morò illò currus moveatur, flexoque huc illuc flectatur. Nec quicquid sub curru est rotundum, Curius Rota est; sed quod sic subest, ut Currum sustineat, motumque huc illuc secum ferat. Nec igitur omne illud Exordium est, quod quis præloquitur; aut legitime ad Tractationem pertinet, quod Propositioni subjungitur &c.

III. **CONCLUSIO ORATIONIS** est eorum quæ dicta sunt in animis Auditorum obsignatio. Fit 1. per recapitulationem omnium brevem. 2. per amplificationem unius & alterius argumenti validam, vel argumentum aliquod novum, inauditum, robustum. 3. per exhortationem, oblationem, Votum.

ARS MOVENDI ORATIONE AFFECTUM CONSTAT PRÆCOGNITIONE

1. Objecti, sive Auditorum.
2. Subjecti, i. e. Affectuum naturæ.
3. Mediorum, i. e. formæ applicandi Subjectum ad Objectum.

} sive { Cui movendus Affectus ?
 } { Quid movendum ?
 } { Per quid ?

I. Primùm necesse est præcognoscas Auditorum statum: sintne erecti an tepidi, hilares an tristes, sperantes an desperantes, ut sciatur, quem affectum opus sit vel movere vel sedare.

2. Ex Physicis necesse est præcog-

nosci Affectuum naturam. unde singuli fluunt. Ut enim ignem, si materiam subtrahas extingues; si superadicias & inflamines, inflammabis: ita Affectuum materiam suggerendo vel subducendo.

[In specie quomodo excitandi ſinguli Affectus, vide & ſoligè ex Alſted. Tom. 1. pag. 473. col. 1. & col. 2.]

3. Forma proferendi Argumenta Affectum inoventia probè ſit perſpecta. Hæc enim niſi ritè ſervetur, frigida ſiunt omnia, aut etiam ridicula. Conſtat autem illa tribus. 1. *Ut Affectum quò imbuerè vis Auditores ipſe primum induas*: nec tam clamites, gaudendum aut dolendum eſſe, quàm gaudeas & doleas verè: hoc enim ſimul ac in te verè ſenſerint, mox ſentire incipient in ſeipſis: non aliter quàm à Carbone vivo reliqui Carbones certò igneſcunt. 2. Movebis autem in teipſo & aliis Affectum, *acutè imaginando rem quam proponis*. Quod ſit, vel rem geſtam ad vivum repræſentando, ut ſe rebus abſentibus (etiam præteritis vel futuris) intereſſe ſentiant, atque ita non audire ſe, ſed videre res exiſtiment: vel rem faciendam rationibus acutè demonſtrando, ut ita eſſe, quaſi palpare ſibi videantur. Affectus enim nonniſi à proprio ſenſu (interno vel externo) exſurgere poteſt. Ergò quo melius vel ſenſibus, vel intellectu rem repræſentabis, eò validius commovebis animum. Huc ergò facit Hypòtheſis. 3. *Figuræ Rhetoricæ imprimis Sententiæ validiſſimæ ſunt machinæ*, quibus Affectuum ars expugnari poteſt. Vid. Alſt. p. 473. Item ſententiôſa Oratio.

Reg. Idem diverſimodè dici poteſt, ſed non eodem effectu. Acutius enim penetrant acuta quam obtuſa,

etiã æquali adhiberâ ad adigendum virtute. Verul. p. 297. Huc ergò faciunt Antitheta rerum Verulamii p. 313.

NB. 1. Quot modi ſeu ſpecies ſunt motuum Corporalium (de quibus in Phyſicis) totidem motus animi, totidemque modis concitantur. Videlicet per Agitationem, hæc eſt interna potentia.

Diffuſionem, hæc eſt interna propenſio &c.

Not. 2. Ad ſuadendum aliquid, vel ex tempore, percurri poſſunt omnes loci *ζήτητοις*, collationeque perſonæ illius & negotii iſtius, reſpectu temporis (præteriti, præſentis, futuri) loci &c. quo aliquid poſſit eſſe, aut debeat, honeſtum, utile, jucundum &c. ſemper emerget aliquid pulchrum, aut ferè ſemper.

Not. 3. De exemplis Macrobiï & Ciceronis iudicium. Ille, *Plebeja* (inquit) *ingenia magis exemplis quàm Oratione capiuntur*. Cicero tamen in eorundem cenſum ſe cum aliis includens, dixit: *Duo illa nos maxime movent, ſimilitudo & exemplum*.

ARS FACIENDI DISCURSUM ET ORATIONEM DIFFU- SAM.

1. *Discuſſus de omni re inſtitui poteſt prolixiſſimus*, preſtando, enucleando quicquid in illa re eſt. Inſunt autem omnia: quia omne ENS Univerſi imago: & quivis Conceptus in ſe totum

discursum habet: quævis Vocula diduci potest in orationem: est enim glomi instar, cujus fila in amplum diduci possunt dilatando.

2. Cui rei loci Inventionis, Ordinationis, Verificationisq; serviunt omnes.

3. Etiam eidem loco inmorando, idemque de eodem urgendo, quousque quæstiones & responiones extendi possunt. e. g. in loco Loci. Ubi natus est Christus? Bethlehemi: & ubi Bethlehem? In Judæa. Ubi Judæa? in Asia. Ubi Asia? Nobis Europæis ortum versus.

Oratio de quavis re formari potest diffusissima, addendo Verba verbis, annectendoque sententias sententiis, & periodos periodis ubicunque possunt.

At quia sæpe contingit à scopo & linea digredi & deferri longius (Digressionem vocant) unde redeundi necessitas incumbit, quæritur *Cur non tantum imperiti faciliè & quidem perpetuò*

deerrant, scopasque dissolutas neant; sed & Viri docti tam sapè in Digressiones incidant, ut quandoque ad scopum regredi nesciant, aut vix tandem in Colloquiis & Discursibus suis?

Resp. 1. Multitudo rerum, quibus Vir doctus oppletam habet mentem, in causa est. Non enim nisi obviare sibi possunt multi in Civitate populosa: quod in solitudine (quale Cerebrum hominis rudis) fieri non potest.

2. Connectuntur sibi res non tantum ante & retrò, sed & sursum ac deorsum, & ad latera: quidvis cum quovis aliquam habet agnationem. Mens ergò nostra in recognitione rerum non potest non incidere ex quovis in quidvis, nisi se intra Cancellos studiosè cõtineat.

Redeundum ergò in viam ad se ad negotia: cogitando, loquendo, agendo.

Ax. *A parergis ad principale èp̄p̄e scire redire, summa prudentia est.*

CAPUT. XIII.

DE SAPIENTIA TOTA, LINGUA TOTA, OPERUMQUE SOLERTIA TOTA DEBITE COMPARANDA.

Sive,

De Systemate ultimo: 1. Sapiencia tota. 2. Lingua tota. 3. Solertia tota.

Theor. vid. Cap. II. §. 16.

1. Notionum complexus totus dat Sapienciam plenam (Pansophiã)

1. Verborum apparatus totus dat Linguam totam.

1. Prudentiæ plenitudo undique plena dat solertiam, Eccl. 1. v. 6.

Qui

2. Qui aliquid essentialē in rebus non intelligit, non per omnia sapit, h. e. non totam possidet Sapiētiā, sed partem (per consequens si quæ Philosophia non omnia tradit, non est Philosophia, sed fructum.)

3. Sapiētia plena nihil ignorat, quam totam possidet solus Deus.

4. Hominis tamē est (utpote imaginis Dei) ignorare quā paucissima.

5. *Ax. Sapiētia tota opus concentratum est.* Ignorato vel uno insigniter, multa ignorari necesse est.

2. Qui aliquid essentialē in Lingua non intelligit, non totam intelligit, Imò si quæ Lingua non omnia quæ ad expressionem omnium rerum & Conceptuum requiruntur habet, non Lingua est, sed Linguae fructum: ut Lappica & alia pauperes.

3. Lingua plena est ad omnes conceptus sufficiens, quam intelligit solus Deus.

4. Linguam tamen exposuisse quā plenissimè; Sapiētiæ opus est.

5. *Sermo totus (æquè ut tota ejus pars) undique concatenatus est.*

2. Qui aliquid non potest operari, aut nescit, non est totus solers.

3. Omnia operari & posse, solus Deus potest.

4. Hominis tamen est imitari in iis quæ Vocationis suæ sunt, quantum datur: ut quicquid operatur, perfecti operis habeat imaginem.

5. *Solertia tota undique coheret.* Viro solerti quicquid mandatur, expedire studet rectè. Hinc illud. *Sapientem mittas, nihil eè dicas.*

P R A X I S.

I. Inventio.

1. Ex Individuis fit species, è speciebus genus, è generibus omnibus Universum. Ergò disce singula.

Sapiētia plena (quantum homini possibile) erit, si intelligas & ponere accipere scias omnium rerum

1. Disce loqui de rebus omnibus sigillatim, & unversum, occasione datâ.

1. Disce omnia elaborare per partes.

Cardines ab extremo ad extremum.

Explere intermedia essentialia (minutiis non immorando) ut fiat lux in intellectu circa omnia majora.

Sciasque videre, & aliis ostendere omnium rerum Usum.

[Sic erit sapientia solida, divinæ sapientiæ imago ectypa. Qualis ut tandem fiat opus Panosophicum elaborandum erit.]

Lingua tota in Syntagma redacta erit, si constitutur

Nomenclatura RR. perpetua (qualis nobis munere Dei reperta) ut nihil innominatum maneat,

Lexicon plenum, ubi nulla non reperatur Vox, phrasis,

Grammatica de omnibus & singulis in Sermone structura observandis, regulas & præcepta tradens plene ad omnem Casum.

[Sic erit syntagma Linguae accuratum, plenum, solidum: ubi nihil desiderabitur, nihil erit frustra: quod in Latina lingua nos secutos fatemur, assecutos nondum gloriamur.]

Syntagma operum plenum est tota Homini Vita negotiorum plena. Cujus præstituti sunt

Fines veri, beatus exitus in domum æternitatis.

Media eò spectantia. Egisse aliquid Virâ dignum hæc, & futurâ.

Scire omnium particularium praxin sic, ut principalem Scopum nihil retardet, omnia promoveant.

[Sic eris ex toto prudens, in quacunque Vocatione fueris, Oeconomica, scholastica, Ecclesiastica, Politica.]

DISPOSITIO.

A generalioribus, simplicioribus, facilioribus incipe, & ad specialiora, compositiora progredere.

Incipe à simplicibus ad Composita.

A magis necessariis & fundamentalibus.

JUDICIUM.

De Harmonia, an respondeant sibi examuffim omnia, ut res tota pateat totaliter.

An quicquid cogitare potes, etiam sermone exprimere scias, ut sermone audienti res ipsas depingat.

An opus sit 1. solidum. 2. præstetque quod debet. & 3. perduret.

Ax. Conglobata sicut non sunt nisi è singulis : ita non nisi intellectis singulis intelliguntur, praxique subactis singularibus subiguntur. e. g. Linguam totam intelligere nemo poterit, qui non voces & phrasas omnes & singulas (in usu positas) intelligit. Neque planè solers est, qui non omnia & singula, quæ sapientem faciunt, scit, intelligit, usurpat.

Defectiva Sapiencia est variarum rerum hinc inde comparatarum compilata cognitio, sine fundamento universali.	Sermo defectivus est Vocum, phrasium, sententiarum aliquot sparsim comprehensarum notitia.	Opus defectivum est quælibet operum frustillatio.
---	--	---

Sapientia tamen summus apex est, admixtam ubique agnoscere ignorantiam suam (hoc unum scio quod nihil scio)	Eloquentia coram Deo & ubicunque opus obmutescentia.	Architectricis summa ars scire ubique quantum manum de tabula.
---	--	--

Monstrum est Sapiencia falsa, stultitia universalis radicata, ignorantia & erroribus undique contexta. Sic Religio falsa.	Monstrum Linguae est Lingua tota defectiva, hiatus, obscuritatibus, homonymiis scatens.	Monstruosum opus est totum male fundatum, seipsum destruens, mole sua ruens.
---	---	--

Ergò. Quisque discit Artem aut Linguam aliquam, opusque aliquod agit, semper intendat totum potiùs quàm partem, integrum quàm mutilum, panharmonicum (universum ordinatum) quàm confusum, panelethesque totum veritate solidum, quàm opinione lubricum.)

CAPUT XIV.

DE COGITATIONUM, SERMONUM, OPERUM FASTIGIO TRINO, CELERITATE, ELEGANTIA, SOLIDITATE.

[1. Transitio 2. Definitiones singulorum. 3. Utilitas & necessitas trium istorum. (1.) Celeritatis ob casus extemporaneitatis. (2) elegantia contra fastidia. (3) Nervositatis, (4) Possibiles. (5) Facilius. (6) Fastigii partitio.]

Hactenus ruit legitime Cogitandi, Loquendi, Operandi ars. Cæterum, quia aliquando opus est Cogitari, narrari, Agi aliquid, aut Celenter, aut Eleganter, aut potentèr, etiam illa in artem redigenda sunt, ut ne quid merito	desiderari possit. Atque hoc erit Trieritii fastigium. Nempe, ut quis sciat aliquid excogitare cito : & perorare vel extemporaneè, agereque solerter quicquid vel subito obvenit : quod qui potest, <i>Omniùm horarum homo</i> dicitur :
---	--

Atqua

Atque id quidem non vulgariter so- | tura producendo : in quo humanæ sa-
lum; sed ad elegantiam & suavitatem : | pientię apex.
atque potenter & solidè, fixa & dura-

de necessitate { Copiosè ac celeriter } Cogitandi, Loquendi, Operandi .
{ Eleganter & splendide } vel ipsius Logicę Solidioris necessi-
{ Solidè ac potenter } tas nos docet.

Quid enim aut quantum hodiè ad in-
veltigationem veritatis confert Logi-
ca? Parum certè, & id putativè qui-
dem: imò plus ad eandem obscurandam
atque implicandam, erroresque pluri-
mos confirmandos utilis. Hinc totus
Mundus plenus errantium, etiam ipsif-
sima logices ope.

Solidior autem erit, si (1) Nihil
fuerit probabile tantum, sed apodi-
cticum. 2. Omnia reducantur ad prima
principia, Axiomata & Ideas (in cla-
ram Mentis lucem) 3. atque hinc etiam

ne fallaris summe cavendo. Potest
enim contingere error etiam in nume-
ris tamen nihil his evidentius. Opti-
ma scientia etiam, ex suis principiis satis
certa, suas tamen habet hallucinatio-
nes. Idem de cæteris iudicium esto.
Vid. Herbert. de Causis errorum.

Sed an hæc possibilia? *annon ingenii,
Lingua, Manus Celeritas elegantia &c.
Dei donum?* Resp. Omnia in nobis Dei &
naturæ dona sunt; arte tamen iuvanda.
At id difficile forsitan tamen? Resp. Om-
nia fieri facilia exercitatione & usu.

FASTIGII PARTITIO.

1. *Logica Velox*, quidvis
ex tempore ampliandi ar-
tificium. Huc *Cyclogno-
mica*.

2. *Logica elegans*, symbo-
lica, aliud in alio spectans,
& aliud per aliud demon-
strans.

3. *Logica emphatica* notio-
nes bonas potenter concipiendi, alteriusque men-
ti potenter imprimendi
artificium. Huc spectat
ars evincendi Veritatem : convincendi errorem. Compendiosè sapere, h. e.
scire nod multa, sed optima : quale illud Job. 28. 28. 1 Cor. 2. 2.

1. *Oratio* (Rhetorica) flu-
ens, varia, copiosa, à
qua quis dicitur disertus.
Huc *Asianismus*.

2. *Oratio Florida*, à qua
quis dicitur Facundus.

3. *Oratio nervosa*, à qua
quis dicitur *Eloquens*.

1. *Praxis* multiplex, Ne-
gotiorum concatenatio.
Huc *Polychresta*.

2. *Praxis elegans & suavis*;
negotiorum stratagemata,
juvilitas, & Actio-
num solemnitas, Cere-
moniæ, Pompæ.

3. *Praxis potens*, facino-
ra Heroica Operare, co-
nari, agere non multa sed
valida; & per media pau-
ca, sed valida &c.

DE COGITATIONIBUS, SERMONIBUS, OPERIBUS-
QUE COMPARANDA CELERITATE.

Celeritas quid? Metaphoricè, ut quis sit undique Oculatus, Linguatus, Centimanus, Argus.

Celeritatis fundamentum est Copia. Ad conciliandum e.g. sermonis Celeritatem, opus est parari Copiam Verborum, ex Lexico quocunque memoriz mandato: formationum ex Grammaticis, Phrasium, item Adagiorum, Gnomarum omnis generis; Periodorum artificia omnis generis: inprimis autem monocola simplicissima à nominativo incipiendo.

Ad celeritatem itidem Actionum opus est, Materias habere in promptu quam exactissimè. (2) Instruamentorum & laboratorum sufficientiam. (3) Exemplaria agendorum varia.

Structura (fontes) Copia. ac Celeritatis in eo est. *Omnia de Omnibus Cogitari, dici, fieri, suo modo posse.* Quos modos si quis in conspectu mentis habeat, rivi sapientiz, eloquentiz, Operationum que fluunt.

PRAXIS

Inventio.

1. Cujusque prolati Verbi occasione extendi Cogitatio & Sermo ad utilissima quæque potest, instituique plenissimus discursus, vel per solas XV. Syntacticas Regulas eundo.

2. Quæque Sententia extendi potest reddendo dicti Causam, aut effectum, aut modum.

3. Cuique Sententiæ attexi possunt plures, occasione cujusque Verbi texendo Porismata. Ut, *Vita (i) optanda est (2) ut (3) aliquid (4) Vitâ dignum (5) efficiamus.* (6)

(1) At vivere optamus omnes: ergò & aliquid Vitâ dignû efficere optemus.

(2) Optant homines varia, sed fundamentum omnium est vita: Ergò illa primò optanda.

(3) Actionum non intendere finem, sed temerè ferri, bruti est non hominis.

(4) Nemo unum omnia potest (quia Vita brevis, ars longa) ergò saltem aliquid selectum.

(5) Vitâ est indignus, qui non aliquid Vitâ indignum agit.

(6) Virtus activa est, laborem poscit, qui nihil facit, nihil efficit.

Præterea, in Locis Comm. celeritè percurrendis exercitatissimus ut sis, vide. Si namque scripturam inoffenso Verborum Cursu legere nemo potest, qui in literis singulis hæret, quomodo Cogitationes celeri Cursu progredi possunt, si cui ipsi Cogitationum fontes minus noti, deum circumspicendi fuerint. Atque ita

Rem bene prævisam (mente) Verba haud invice sequentur.

Ideas bene prævisas Opera ipsa sequentur.

ORDO ET DISPOSITIO.

In *Cogitatione* discursum longiorem ne incipias. ut ne te confundas.

In *Sermone* periodi sint simplices potius quam Compositæ, brevioresque quam longiores, ut ne unquam claudere obliviscatur.

Neque *negotia* incipias longa, si temporis angustia premit.

Dein Cave *Præcipitantiæ* monstrum, cujus proles

In *Cogitando*, Paralogismi, scopæ dissolutæ.

Loquendo, solecismi, ἀκυρολογία.

Agendo, Mendæ, Corruptelæ.

Judicium de Prudenti & temperato Celeritatis Usû.

Ubi necesse; alias temeritas est. Sir. 18. 20. 24. 25. Tum in *Cogitando*, ne sis vagus per omnia volitans: Velox in *Grammaticis* Variationibus: in rerum cognitarum *praxi*, vide, ne quicquid potes agas, sed quod expedit.

LOGICA VELOX.

Quibusdam

CYCLOGNOMICA Dicta

Cujus demonstratur 1. Utilitas. 2. Possibilitas. 3. Facilitas.

Cyclognomica est Logica Velox, de quacunque re cogitare incidit, infinita mox, de quibus cum usu & delectatione disseras, menti suggerens.

[Arripit enim quidvis obvium, accommodatoque subjecto suo quocunque datur modo, sæpe admirabiliter jucundo & utili. Et quia res infinitæ sunt, omniaque aliquem inter se respectum habent, patet ipsa rerum ad invicem Comparatione variarum Cogitationum materiam obisci, eoque arte hac mentis abyssum quandam aperiri.]

2. Optandum id, ut sic exercitati ad Cogitandum reddamur promptiores, habituri inde ad oblectandum, & mox ad delectum atque robur accessum,

[Nam sicuti Verborum delectus Eloquentiæ fundamentum est: Delectus autem haberi non potest nisi in Copia: Ita Conceptuum delectus fundamentum est sapientiæ: haberi verò non potest, nisi in Cogitationum Copia, quam primò parari necessum est. Quod tamen mobiliora, remque variarum cognitione imbuta per se ferre possent: designanda tamen est semita, cui insistendo nemo non ad affluentissimam Cogitationum Copiam parandam exercere se possit.]

3; Videamus igitur. I. Unde Cogitationum Copia fluere possit.

II. Quomodo ex istis fontibus Ordine inconfuso haurire liceat.

III. Et quomodo, ne quid præcipitantiæ peccetur, præcavendum,

4. In-

4. Inventaria Celerium Cogitationum varia esse possunt, prout illa de Omnibus per omnia dissertandi ratio aut liberior est, aut adstrictior.

5. Liberior Cyclognomia est, si dissertaturus de themate quocunque assumas vel 1. Lexicon quodcunque.

2. Januæ LL. caput quodcunque.

3. Textum aliquem aut sententiam, aut quidvis obvium (ut enim quodvis Ens particulare totius Universi imago est: ita quilibet Conceptus omnem conceptum in se continet, prorsusque quidlibet de quolibet themate aliquid cogitandi occasionem objicendi vim habet; præsertim illi, qui encyclopædicè doctus fuerit.)

6. *Lexico sumto*, si Voces ordine percurras, infinita invenes, quæ ad tuum institutū, qualequale id fuerit, facient. e. g. declaraturus LOGICÆ laudes, inspice quamcunque Lexici partem, & percurrēns Ordine Vocabula, num quid monitura sint de themate tuo, vīde; Ut, sumens literam N. dicere poteris. *Næ nos felices sumus, quos Deus nitidâ imagine suâ decorare dignatus est, totam humanam Nationem. Nannias agunt & Nugas*, quicunque voluptates & externa bona Rationis luminipræterunt, qui nævus tamen quam multos *nunc* sædat! Nam annon ipsa *Natura* (præsertim in iis qui vividius nanciscuntur ingenium) rerum *notitiam* ambire eos docet? Non tam suaviter *Nardi* odor *Nates Nostras*, aut *Nemoris*

amænitas oculos afficit, atque Cogitationum *Norma* LOGICA, ars *Nobilissima*, mentibus *Nitorem* conferens. *Nihil* namque *nominari* potest, cujus illa *notitiam* non eruat. Quicquid obvenit, *novas* illa *notiones* suggerit; atque hæc si *ninivæ* se (nimbi instar) effundant, *notis* certis *discriminat, numerat*, mensurat, ponderat. Sicubi mens *nutat*, serie certâ Cogitationes *nectens*, argumentorumque *Nervis* constringens *Noxias* aberrationes prohibet, dubitationumque *Nubes*, ut sol *Oriens Nocturnas* tenebras discutit, *nudam* veritatem quærendo *nuces* frangens, rationumque *Nucleis* pascens: & si quis *Sophista* *Nodos* *nectit* ut *Novacuclâ* discindens: dumque aliquid *Narrandum* est, *Narrare* non *nugari* docens. Verbô, ingeniorum *Nurix* est, mentique cum rebus *Nuptiarum* conciliatrix. *Navis* item est, ad phantasiam *Oceanos* absque *Nausea* & *Naufragio* *pernalandum*; ipsaque sapientiam *Negotiatio*, si *Neoligentia* abfuerit, *Numquid?* Vera tibi *nuntio*: nullus dubita. *Nunquam* aliter experturus.

[Similes de LOGICA discursus institui poterunt ex quavis alia Lexici litera A.b.c.d.&c.]

7. Idem fiet, si Januæ Textu (quocunque illius Capite) inspectato, singula ejus Verba quocunque cum themate (LOGICA) conferas. ut cap 1. *Salutis inisum est sapere. Attende, lector amice, tecum agam Si quis fortè quærat, quid sit Ratione rectè uti? respondere poteris. Noße differentias rerum. modoquo*

& vias, quibus easdem & ipse ubique observare, & aliis demonstrare possis. It. Cap. VIII. Jan. RR. Omnia docet Logica; semper aliquid elegans suppeditans; Nihil mente frustra tentatur &c.

8. Quidvis aliud etiam sumi potest, sive Orationis cujuscunque textus, sive Res quæcumq; sensui oblata, semperque omnia ejus cum themate tuo juncta, Cogitationum aliquarum occasionem tibi dabunt, e.g. Declaraturus LOGICÆ utilitates sume Orationem Dominicam. *Pater Cælestis dedit nobis mentem. Noster hic lucis thesaurus est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. ES & tu, discipule, tanti hujus boni particeps, cum Angelis qui in Calis habitant, O sanctifica in te hoc Dei donum! Nomen tuum rationalis Creaturæ hoc à te exigit. Adveniat tibi sapientia, si eam ut Regnum tuum æstimans, Deum pro ea (ut Salomon Rex) oraveris, in eaque adipiscenda elaboraveris &c. Item, si conspectà fenestrâ, Cogitationeque mox ad Logicam reflexâ, dicas. Per fenestram lumen intrat in Conclave; per Logicam lux Cognitionis in intellectum. &c.*

9. Ecce quanta sic etiam Cogitationum patet abyssus! propter perpetuas, & vix satis pervestigabiles rerum immeriones seu Complicationes, æque in mente nostra, atque extra mentem in rebus ipsis.

10. Prudentiâ tamen opus est, ne

nimiâ Cogitationum abundantia mentem & Res confundamus. Est modus in rebus. Ut ut enim clarissimus solis radius Conclave intrans, atomos etiam volitantes videri facit: lumen tamen mediocre ad res agendas accommodatum est. Non utile est, vel res, vel cogitationes in nimiam subtilitatem deduci. Ad quid enim Araneorum tela? Salomonis sapientia fuit ut arena maris, dicit scriptura: non dicit, Ut Terræ pulvis. Nec denique omnes Rerum ad invicem habitudines deprehendere nostrum est; quod potest solus, qui æternâ solus arte, contextuit omnia.

11. Adstrictior ergo Cyclognomia est, quæ fit per Januam RR. id est Entis scalam. Nam quicquid de Ente dictum est in genere, dici potest de quolibet themate in specie. Quod ut compendiose procedat, reducantur omnia in certos Orbes, Orbibusque illis Rerum sic inclusos terminos, ut Intellectus illorum Circumvolutione regulatus, nihil præterire, nec rerum multitudine confundi, aut in ullo aberare possit.

[Quale quiddam à Raymundo Lullio & Trithemio tentatum est; sed non eâ facilitate, nec eâ plenitudine aut certitudine, qualem optare est. Quod viderunt Viri perspicaces, & inter eos Cornelius Agrippa, & Helmontius, qui pag. 19. n. 15. ita scribit. Nos ad majorem evidentiam & facilitatem, simulque uberiores plenitudinem Rem deducere tentavimus, quod hic ostendemus.]

12. Praxis Janualis istius Cyclognomicæ hoc Canone absolvitur. Quicquid

quid cogitandum suscipis habeat se ad instar Circuli, in quo Centri locum obtineat Res cogitanda, ad quod tota Rerum Universitas undique radios mittat, habebisque meditationum abyssum. Tum Combinationum seges infinita erit, tentando copulare thematum cum qualibet alia re per totum Umvertum: quibus accedent Conglobationum Tabulæ; Axiomata item Metaph. e.g. Vis ad Copiam Syllogismorum Argumenta habere multa? Percurre omnia Axiomata Metaphysica, inveniēs multa. Ut, An bellum sit gerendum? inter alia reperies *melius est esse, quam non esse*. Concludes, Ergo bellum, quod esse hominum minuit, melius omittitur quàm geritur.

Quantus hinc Sapientiæ fluxus, Ut, facile fiat ex fossa fluvius, & ex fluvio mare, ut Syr. loquitur C. 24. 36.

Cautio. Locos inventionis tam esse notos oportet, ut, Alphabeta. & percurrendi eos habitus promptus. Non semper tamen æquali diligentia omnes excutiendi, quasi sub singulis titulis singularia necesse sit latere mysteria, sed cum delectu. Nam externos etiam puteos & Cisternas non ideò habemus, ut, quoties aqua hauritur, toties exhauritur tota: Sufficit hausisse quantum prærens requirit usus.

Judicium de Usu Cyclognomice sit secundum has regulas. Reg. I Quidvis de quovis Cogitari, dici, fieri potest affirmative, aut negativè, aut Comparative.

II. Idque per est & non est, vel videtur & debet.

III. Quidvis cuius annecti potest, per quamcunque conjunctionis Copulam. Ergò percurrendæ omnes Propositiones, Conjunctiones, h.e. Oppositiones, æquipollentiæ, modalitates, restrictiones, amplificationes.

IV. Omnia cum omnibus Comparari possunt, semperque prodibit aliquid quod rem illustret; siue sit Conventientia inter illa, siue differentia, siue oppositio.

V. Et quia Tropi & Adagia undecunque petita, potissimum de Homine & humanis actionibus usurpantur, sili poterit in Circulum Homo cum omnibus (1) Corporis sui membris. (2) Animæ facultatibus. (3) Vocationis statibus: apparebit Omnia Hominis de aliis rebus usupari posse: Omnia cæterarum rerum de Homine. e.g. Ridet Homo: plorat Cælum: Oculi mundi, Cor terræ. Rursum, Homo habet in se Mundum, Cælum, Infernum, Solem, Ignem, fluctus maris, Canem, Leonem &c.

Cautio Cyclog) Circulus non datur in argumentando, nec in definiendo, aut prædicando: Causa: Rerum finitarum concatenatio talis est, ut, quicquid est, aliunde dependeat. Ergò nihil à seipso est: nec duo quædam à se invicem: quia alterum vel utrumque ageret antequam esset.

Clauſula. Hæc qui novit, de minimâ quacunque re, ad atomos usque, integrum

tegrum discursum formare poterit: | rerum cognitionem habet, alioquin au-
 quia quodvis Ens Universi imago. Sed | gabitur.
 huc nemo admittendus, nisi qui plenam

CAPUT XVI.

DE MENTIS, LINGUÆ, MANUSQUE

Sive,

De Cogitationibus, Sermonibus, Operibusque Elegantiâ Concilianda.

Sermonis elegantias expressimus in Grammatica Atriali, cujus ductu parallelisimus hic tentandus est cum Notionibus & Operibus, cujusmodi hic tumultuariè apponimus. Respondere autem videtur.

1. Sermonis *perspicuitati*, Notionum claritas, à limitatione bona; Operis evidentia, eminentia.

2. *Idiotismo*, singulares fictiones Cogitationum, & singularitates Operum.

3. *Transpositioni* in docendo ὕστερον ἔμπροσθεν, mentem titillans, Crypsis methodi, Operum quæcunque transfi-

gurationes.

4. *Transmutationi*, Cogitationes varie variatæ.

5. *Transnominati*, quid pro quo, ut in omni joco & lusu, aliud per aliud, Huc symbolizatio & omnis Parabolizatio. Operumque stupendæ imagines.

6. *Dilatationi*, Cogitationes elegantè diffusæ, Cyclognomica & Opera stupendæ molis.

7. *Crafi* Cogitationes acutè nervosæ, aut subtiles, & Opera stupende subtilia.

Aut si hæc Theologicè ad pietatis opera transferre libeat, non hic deerunt

Exempla Pietatis { Eminentis.
 Singlaris & Heroicæ in Abrahamo.
 Crypticæ in Christo, qualis visa in oculis Pharif.
 Transmutatæ quasi in aliud in Saulo-Paulo.
 Transnominatæ, ut Christianismus ex Judaismo.
 Stupendorum Operum.
 Compendiosæ Abnegatio sui &c.

Huc pertinebit elegantia sermonis summus gradus *Pœsis*: cui respondebunt in *Pragmaticis*, summæ subtilitatis Opera, Picturæ, sculpturæ &c. aut si velis, Res ultra necessitatem nitidæ,

ad Mundi, & quorumvis Operum Ornamenta, e. g. infiniti lusus Naturæ, prodigiosa naturæ &c. In *Logicis* Parabolica, Picta Pœsis Emblematica, Ingeniorum lusus & oblectamenta varia.

Verbô

Verbô. *Onicquid spectas* (in naturalibus, Artificialibus &c) *Syncretiza* h. e. ad Ideas revoca, & ad Collateralia (moralia & spiritualia) applica.

Huc & omnes Historiæ, sacræ & profanæ serviunt, omniaque cujuscunque Linguæ Adagia & Tropi præsertim Metaphoræ, de quibus

Obs. *Omnis illustris Metaphora totius circa rem illam Sapientia basis est seu Clavis*, Ut, cum Christus dicitur, Via, Vitæ, Janua, Sol, Panis, &c. Ministri Ecclesiæ Pastores, Piscatores hominum, Vigiles, Duces, Sal teræ &c. de quibus prolixius in Logica Symbolica) Qualium Metaphorarum & Parabolarum Scripturæ plenæ sunt, ut non immeritò quidam Scripturam unam perpetuam Parabolam: Metaphoras autem & Parabolas Rhetoricam Dei appellavit: nec infrequens earum est Congeries in sacris, ut Thren. 2. vers. 1 — 6. Ps. 18. &c.

Logica Elegans seu Symbolica

Est modus docendi Syncretitus aliud per aliud (ut, si quis rem ostendat non intentione directâ, sed reflexâ in speculo)

[Vocatur etiam *Parabolica*, continens fictiones ingeniosas de rebus, quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, ad exprimendum veras. Ut sunt Parabolæ, Apologi, Comædiæ & Historiæ fictæ, ut Civitas solis Campanellæ, Atlantis Nova Verulamii, I. U. A. Mythologia aurea.]

Ubi Observ. 1. Syncreticos gradus,

qui sunt in {
 Vocibus singulis Tropi
 Conjunctis
 Sententiis Adagia.
 Periodis Apophtegmata.
 Sermone toto Parabola.

Obs. 2. Quemadmodum Notio est vel *simplex*, rei in se spectatæ, ut Hominis, vel *Composita*, rei metaphoricè expressæ; ut, dum Hominem appello striptem, Animum, Vulpem &c. ibi enim mens unam rem intelligit per alteram, vel *Contracta*, ut, fit in alio Tropo, ut, 70. animæ (pro homines)

Ita *Comparatorum enunciatio* est vel *simplex*, ubi unum de uno enuntiatur, ut, sol lucet. Vel *Composita*, ubi similia de similibus, diversa de diversis, Contraria de Contrariis Cogitantur & dicuntur, ut, sol illuminat terram: Christus Ecclesiam; sol nos illuminat. Nubes obumbrat. Sol habet æternitatem: Tenebræ horrorem. Vel *Contracta*, ubi apertè unum quid enuntiatur, latenter plurâ innuuntur, ut, Sol justitiæ Christus illuminat fideles suos. Hic enim unicum est subjectum (Christus) sed comparatur soli terram illuminanti. Unde simile effectum solis & Christi, illuminatio externa ibi, hic interna.

Obs. 3. Parabolam non esse similitudinem tantum, Sed & dissimilium & contrariorum. Doceri enim, illustrari & probari potest:

1. *Idem per idem seu per seipsum*, ut, quomodo Rex esse debeat, subditi subditi, Doct: doctor, Discipulus discipulus.

Itæ

Ita si quis Neroni Tyranno recensuisset laudando Neronis quinquennium.

2. *Æquale per Æquale*, ut, Regis alicujus per alterius-Regis exemplum.

3. *Simile per Simile*, Ut, Regis Officium per Pastoris aut Patrisfamilias.

4. *Dissimile per Dissimile*, Ut, Regis Officium per officium Rustici, aut cujuscunque privati.

5. *Inaquare per inaquare*. Ut, Regis Officium per Cancellarii.

6. *Diversum per Diversum*: Ut, Regis alicujus modò regnantis per exemplum antecessoris sive proximi, sive cujuscunque prioris, aut priorum simili, seu bonus quis fuerit seu malus.

7. *Disparatum per Disparatum*: ut, Regis & Arboris, vel Arboris & stellæ.

8. *Contrarium per Contrarium*, ut, Regis & Tyranni.

INVENTIO.

Defumi autem ex omnibus Parabolæ possunt, Naturalibus, Artificialibus, Moralibus &c.

Reg. *Omnia quærenda in omnibus, & Invenientur Omnia in omnibus*. sive propriè in eodem Mundo: sive per analogiam parallelè in aliis Mundis. Ut quia in Arbore (in M. Naturali) est radix, rami, cacumina; & in M. Artificiali, in ædificio fundamentum, structura, fastigium (seu tectum) quidni

etiam in Mundo morali simile quæram Bonum propositum seu Virtutum amor; tum Virtutes ipsæ totâ suâ structurâ; demum fructum, lætitiâ bonæ Conscientiæ.

DISPOSITIO seu PRAXIS

Quomodo elicienda, formanda? Similia similibus, dissimilia dissimilibus, Contrariâ contrariis conferendo, applicando.

Reg. *Parabola non est fixilium tantum, sed & dissimilium & Contrariorum*. Doceri namque, explicari, illustrari, imò, & probari potest.

1. Idem per idem seu per seipsum &c. Vid. pag. præc.

Totum verò Artificium in eo situm est, ut Ideas rerum rectè intelligamus, easque explicando in re omnibus notæ, ad ignotivem dextrè applicemus; assensû non sequi impossibile. Ut, quia Respublica est Corpus quoddam, omnia quæ in Corpore sunt & fiunt (benè aut malè, naturaliter vel accessoriè) applicari possunt ad Rempubl. (quemadmodum Agrippa in uno illo membro Ventriculo fecit, sic Paulus 1. Cor. 12. præsupponens Ecclesiam esse Corpus quodæm, Concordiæ leges elicit. Sed longè plura ex illa Comparatione elici possent. 1. quot membra requirantur ad plenum Reip. aut Ecclesiæ Corpus. 2. Singulorum officia. 3. Omnium Ordo. 4. Morbi seu Symptomata. 5. Remedia &c. Nec erunt nugæ, sed nugarum

nugarum remedia, ipsissimum rei intellectum ingerent.

Por. *Quicquid ergò vides (in Natura-*

libus, Artif.) Syncretizæ, h.e. ad ideas suas revoca &c. vid supra.

JUDICIUM DE USU

Ufus Parabolarum triplex ad

Involucrum & Velum.
Lumen & illustrationem.
Oblectationem.

Innuit idem Christus, dum se de Cælestibus idèd per Parabolas locutum dicit, ut succurreret stupiditati nostræ, & mysteria regni Cælorum alios celaret.

Eleganter quoque serviunt (1) rerum Cognitioni privatæ (2) Sermone explicandæ (3) Operibus aliis excogitandis.

Quæritur hic. *An Logica symbolica sit argumentativa? sive. An ex similibus petenda sint argumenta?*

R. Negant, ex hoc quem sibi condiderunt quasi Canone *similia non probant, sed illustrant*. Enimverò Veritas respondere cogit, plus quàm probant, demonstrant ad assensum, ut contradicere pudeat.

Probo id Rationibus, Sensu, divinoque Testimonio. *Prima ratio*. Probare hoc loco non de re, sed de Conceptu mentis, an verus sit, & Veritati rei respondeat, intelligitur. Ergò illud, idem per idem, Conceptus per Conceptum, probari non potest: sed per suum simile, quod est res ipsa, rectè aut secus concepta. Quomodo profecto unumquodque per seipsum *firmisimè probatur*: quia ubi rerum testimo-

nia adsunt, non opus est verbis. Ita rectè Diogenes sophistæ arguanti.

Quod non amisisti habes, concedis? Concedo. Atqui Cornua non amisisti, Concedis? Concedo. Ergò Cornua habes. Rectè in quâ hîc Diogenes fronte contrectatâ respondit, Atqui ego non sentio, h. e. Validè sic respondit, Ego Cornua non habeo. Imaginationem Cornuum (quæ in quæstione fuit, absentia Cornuû (quæ in fronte) & sic opinionè per rem ipsam convellens. Ecce idem per idem, Conceptus ejusdem rei per illam ipsam rem demonstratur, probatur, aut potius convellitur firmissimè. Ergò & simile, quod est Eidem proximum firmiter concludere licet: quia noscitur ex Socio (simili) quod non cognoscitur ex se: Præsertim, si simile sit valde simile, aut par, sub eadem Idea, τὸ κενομένω contentum, ut ipsa humana Ratio eandem (similem) esse hujus & illius rationem agnoscere necesse habeat: ut Cultura agri & Ingenii, Vineæ & Ecclesiæ, Concordiæ, quam inter membra Corporis & membra Ecclesiæ &c. observari necesse est.

Secunda ratio. cur Symbolica plus quàm probent est, quia *rem deducunt*

ad primum principium i. e. ad Ideam. Quemadmodum si quis ignotus incidens in dividentes inter se patrimonium probaret se fratrem germanum esse eorum, qui hæreditatem inter se se partiuntur, eò ipsò ad capiendum cum illis fortem (cæteris paribus) admitteretur: ita qui demonstrare potest hanc aut illã rem eandem habere Ideam (eundem quasi patrem aut matrem) eò ipsò parem fidei & Veritatis partem utrique aut magis dubiæ non impettare non potest. Aut quemadmodum quis numinum dubium aut suspectum habens valorem illius indubiè demonstraret, probando, illum eodem tempore cum aliis indubiè valoris, ex eadem materia eademque forma cufum esse, ita qui easdem hujus aut illius rei ideas esse demonstrat. Ergò Omnis Parabola lucis Idearum filia, lucis in mente mater est.

3. Etiam è Contrario probari potest, similitudines ineptas aut subdolas potenter præcipitare in errores. Ut, Zenonis de absurdo, in magno Campo reperiri unicam Spinam: in infinito unicum mundum. & Jesuitarum, de intercessoribus utiliter adhiberi solitis in Aula: Ergò & in Cælis. Ergò veræ potenter deducunt in Veritatem.

Denique si verum est (quod tamen totum Panfophiæ fundamentum constituit) *Omnia ad easdem ideas esse facta & fieri*, nulla compendiosior & efficacior ad omnia Vera verè docendum, suadendum, demonstrandum, haberi

potest via, quam ut, quæcunque sub easdem ideas cadunt, mutuo sese explicent, illustrent, roborent. Atque tum infallibiliter verum erit, *quæ in uno tertio conveniunt, inter se quoque conveniunt.* & vice versa. *Quæ inter se per omnia conveniunt, in idea conveniunt.*

II. Probo idem sensu seu exemplis firmissimè quod quæritur concludi, Controversiasque potenter decidi, omnique contradictioni & ulteriori Disputationi ansam præcidi, simili appposito. Videatur quomodo Davidem Nathan peccati convicerit, & pænitentiam illi extorserit: quomodo Phariseis & Sadducæis Christus aliquoties Os occluserit: quomodo Agippa Menenius unico Apologo Romæ controversiam diruerit: & adhuc similia nihil probare argutabimur?

III. *Testimonium* divinum habemus Ps. 78. vers. 2. ad Christum parabolis potenter mysteria Dei explicantem, applicatum Matth. 13. 35. Ubi additur, *detegi sic abscondita à constitutione Mandi h. e. Sapientiam Dei* in ipsa rerum Creatione ita esse fundatam, ut, eadem Idearum rebus temporariis, terrenis. Corporeis, quæ æternis, Cælestibus, spiritualibus impressæ, vim habeant, seipsas per se ipsas, invisibilia scilicet per Visibilia, Cælestia per terrestria, æternaque per temporaria, non illustrandi tantum, sed in conspectum sistendi, Contraversisque finem faciendi. Similitudines

nes enim aptæ nullum in assensum non deducunt, vehementer autem constringunt, ut disputare non libeat, nisi præjudiciis excæcato. Imitemur, omniaque vera Sophisticæ vi in controversiam tracta, Syncriseos Virtute in lucem protrahamus. Hactenus disputabamus aduersus invicem armis Logicæ humanæ, quæ pro & contrâ disputare, h. e. cuius rei fucum indere, falsis etiam causis patrocinari, fraudesque exercere docebat: jam nobiscum agere incipiamus ad formam Logicæ Christi, cuius vi nobis Indies meliùs patefiant abscondita à Constitutione Mundi.

Accedunt his Testimonia Humana. Ut, Augustini illud. *Similia magnum habent ulum. 1. apud imperitos* (qui rei de qua agimus fundamentum nondum satis cognoverunt: ratione enim pugnare cum illo, qui rationes nondum capit, irrationale est. Ergò similibus in assensum lenissimè capitur. 2. *apud peritos*, ad confundendum si contrâ niti velint. Et quod vim probandi habeant, validissimè probat Verulamius de Sapientia Veterum pag. 139. Plus enim probat quàm probat qui dicit etiam quod non dicit. h. e. causam dat rem totam conferendi cum tota Idea sua, ad inveniendum, quæ sine tali meditatione non venissent in mentem. Est igitur veluti speculum vivum, & viva demonstratio, aut veluti cæterva militum parua sed valida irruens globo densò.

Canonem illum Logicorum quod attinet, *Similia non probant sed illustrant*, is aut verus non est, aut verus est solum de ineptis Comparationibus, vel certè partialibus: non autem ubi rerum ad eandem Ideam pertinentium notior notiorè illustrat. Nam non tantum illustrat, sed & palpabiliter demonstrat. Si enim aptè fiat, ignorantia, hæsitantia, contradictioni non relinquatur locus; Christus enim hâc methodo usus sive doceret, sive probare aliquid vellet. Nec audimus quemquam post applicationè non intellexisse, aut contradixisse, præter datos in reprobum sensum, rebelles Lumini, qui ne audire quidem dignantur obturantes aures. Ita Mennenius Agrippa Seditionem Romæ unico Apologo de Ventre & mēbris sedauit, quæ vix ullis rationibus æquè feliciter sedari potuisset. Potest enim tam lucidè Veritas sisti ob oculos, ut si cui contradicere libeat, non nobis sed sibi ipsi contradicaturus sit, h. e. Sensui communi & conscientia suæ. Hinc Christus illud solemne suum, *Qui habet aures ad audiendum audiat*, non nisi cum similitudines enarraret, usurpabat, tanquam rerum percipiendarum sacram pandens portam. Si autem obniti, aut torpere pergebant, Zelò accensus indignatus fuit. Joh. 3. 10. Matth. 13. 14. Marc. 8. 17. suos prædicans beatos, quibus datum esset hæc tam aperta intelligere.

Ex quibus liquere satis puto, Logicam Symbolicam non tantùm esse illustrati-

strativam; sed & *argumentativam*. Ad-
do tertium, etiam *Ordinativam*, sine
qua confundi & intricari facile sit: illa
dace (Syncriſi) iſſibile.

Uſum ejus inſignem eſſe ad docen-
dum & explicandum, inde quoque pa-
ter, quod Didactica Symbolica ſæpius
in Scripturis obvia ſit, ut *Abi piger ad
formicam; Videte lilia Campi &c.* Exem-
plorum quoque Omnia plena, ut *Ego
plantavi, Apollo rigavit, DEUS dat in-
crementum, Ubi Miniſterii Opus totum
Arboratoriz comparat: ex toto ergò
Comparisonem fieri poſſe oſtendit.*
Quærat ergò, *Cur hodie Evangelium
pradicando pterique Concionatorum Oleum
& operam perdant?* ſed quærat ſimul,
*Cur Arborator operam perdat, qui aut
non plantat ſurculos vivos, ſed quidvis:*
aut ſurculos quidem vivos, ſed non in
viviradices virides; ſed in quoviſ ob-
vios, acidos, exſuccos, emortuos ra-
mos: aut plantas tumultuariè terræ
depangendo, & antequam radices ege-
tint, inoculando. Quemadmodum hîc
aberraretur, ſi ſic fieret: ita ibi aberrat-
ur, quia ſic fit uti adhuc res ſunt.

Inſignis præterea Parabolæ Uſus
eſt ad *Obletandum* ubi eminent *Ænig-
mata*, quorum concertamen Regum
erat olim: dein Philoſophorum: nunc
Juventutis.

Eſt autem *Ænigma* interrogatio
parabolica. Verbis aliud quærens, aliud
Senſu.

Varia ſunt, & multiplicia. digeri
tamen poſſent in certas claſſes, ut,

quod formentur vel (1) ex ambiguitate
vorum & amphiboliæ (in qualibet lin-
gua aliter) 2. Ex rerum connexionem
ſeu ſimilitudine & aliis id genus: Ali-
qua hîc ex Angeli Merolini libro de
Ænigmatibus apponemus.

Ad *Logicam* elegantem ſpectat quo-
que tota *Jocorum ars*, aliud per aliud fe-
ſtivè innuens. Tota quippe in eo eſt,
ſcire accommodare Verba rebus, Per-
ſonas actionibus, Antecedentia Con-
ſequentibus (aut vice verſâ) quaſi ſe-
riò, cum tamen accepta ſeriò abſurdi-
tatem pariant. Tale eſt illud apud Ci-
cer. *Meâ operâ recepisti Tarenum. Re-
ctè*, inquit alter: *nifi enim tu amiſſiſſes,
ego recipere non potuiſſem.* Studioſus
quidam diſputans Marpurgi de ſenſu
Auditus, cum ſolvere argumentum non
poſſet, & obmuteſceret, intulit Op-
ponens. *Appoſitè tibi elegiſti thema de
Auditu, cum paratior accederes audire
quam loqui.* Quum alius de Utilitate
Somni conſcriptum ſatis jejunâ Ora-
tione tractatum commendari peteret
Epigrammate, adjecit Poëta hoc Epi-
gramma.

*Tam benè laudati ſunt hîc encomia Somni,
Ut dormituriat qui ſemel iſta legit.*

De Sermonis elegantia.

Sermonis Elegancia Eloquentia eſt,
Sapientia fluens & fulgens.

Non ergò eloquentem dixeris, niſi qui
omnia noverit, omniaq; per omnia
explicare poterit, lucidam mentem
amanâ Linguâ referendo, rurlum-
que

que in mente alterius lucidos conceptus effigiando.

Necessitas elegantia in Sermone indapatet. Qui Verborum cultum negligit, res ipsas aut non explicat clarè sed obscuritate implicat, amœnioresque aures asperitate aut lædens aut terrens avertit. Danda ergò opera, ut lætiore Linguâ Mentem aperiamus, rationisque pretium Orationis lumine commendemus. Nam quid opus per spinas aliquem ducere, si per rosas liceat? Verum est quod Horatius dicit. Ornari aliquando res ipsa negat, contenta doceri. Sed & hoc ipsum. Doctrina nuda suas habet elegantias.

Discursus elegantis & sapientis formandi Modus compendiosus est, si majores Propositiones ponantur in Demonstrationibus (assumendi & concludendi partibus resignatis ingenioso Collocutori, nisi ubi opus) in Declarationibus verò tantum Protasi expressè prolatâ, Apodosi rursus illi relicta. Hoc modo ex meris Adagiis formari posset Discursus, forte de omnibus rebus.

De Sententiis elegantibus.

Reg. I. *Idem de eodem & affirmatur*

& negatur eleganter, cum rei incertitudo aut mixtura, aut sensus diversus modusve contrarius innuuntur. Ut, Vir non Vir, avem non avem, sedentem super arborem non arborem, percussit lapide non lapide. Sic Homo justificatur solâ fide, nec tamen solâ fide. Solâ fide ad excludendum propria merita: Non solâ fide, ad non excludendum opera justitiæ, quæ justificato facienda sunt necessariò.

II. *Extremè Opposita etiam de se eleganter dici possunt tum alternativè, tum Copulativè. ut, Aut Omnia aut nihil, Aut ubique aut nusquam. Aut Cæsar aut nihil. Quod omnes agunt, nemo agit. Qui ubique est, nusquam est.*

NB. Cogitandum, annon integrum Systema Theolog. (fidei, Vitæ, spei) ex meris Parabolis, Allegoriis, Metaphoribus scripturæ concinnari possit. Utinam! ad illustandam sapientiam Christi, & syncriticæ methodi, & ad promovendam facilius totius Orbis illuminationem, & ad Deum conversionem procul omnidubio multum conferret.

Vide quid Lutherus de Æsopi fabulis senserit. Tom. V. p 648.

C A P U T XVII.

DE LOGICA, RHETORICA, PRAGMATICA POTENTE (EMPHATICA)

Sive, *De Mentis, Lingua, Manuumque Operibus Soliditate comparanda.*

Logica	} Emphatica est modus potenter ac solidè	} Ratiocinandi.	
Grammatica			} Loquendi.
Pragmatica			

Solida erit $\left. \begin{array}{l} \text{Cogitatio} \\ \text{Oratio} \\ \text{Opus} \end{array} \right\}$ Si aderunt quæ adesse debent.

1. *Omnia necessaria sine defectu & hiatu, & impertinentium admistura, ut prodeat scientia apodictica, Oratio potens, & Opus perstans instar domûs, quam nec Ventus prosternere, nec aquarum Vis subruere, nec ignis facillè consumere queat.*

2. *Ordine rei cuique tam essentiali, ut sine rei destructione mutari nequeat.*

3. *Vincula Omnia, ut dissolvi nisi extremâ vi injectâ non possit.*

[Ut enim rei plenitudo sibi non constat, si non Omnia ejus adsint, unumquodque locò suo (extrema extremo, media medio, ima imò, summa summo) cohæreantq; solide omnia omnibus: Ita Notitia rei perfecta non est, nisi omnimodè intelligas, ubi nempe unumquodque incipiat aut desinat, & ubi essentia ejus in *ἑκείνη* sit: Neque sermo perfectus est, nisi qui rem, ut ea est, perfectam vel imperfectam, in notitiam perfectam perfectè deducit.]

Huc ergò requiruntur

1. *Accurrata Inventaria, Logica, Grammatica, Lexica.*
2. *Accurata Ordinatoria.*
3. *Vincula firmissima, ut dissolvi nihil possit non destructo toto, nec in intellectu, nec in memoria, nec in re ipsa.*

Ut igitur solida tua sint omnia Cogitata, dicta, Opera, tres has summas methodi exactæ tibi fige leges I. COLLIGE. II. COLLOCA. III. COLLI-GA.

h. e. Collige omnia ad propositum pertinentia: impertinentia verò (quallium inventio prima mulum admiscere solet) remove omnia, tum illa ad rem pertinentia locis suis digere, ut Corporis formam accipiant: Demum sic jam rectè dislocata nervorum vinculis connecte, ut robustè cohæreant.

Ax. I. *Collectio dat plenitudinem.*

[Sine qua non deerunt hiatus, vel superfluitates: & utrobique obscuritates & nebulæ]

Ax. II. *Collocatio dat Claritudinem.*

[Sine qua fiet ὑπερὸν ὁρωτέρον, obumbrabunturque ac impediuntur alia aliis.]

Ax. III. *Colligatio firmitudinem.*

[Sine qua res non videbitur, aut certè non erit una cohærens, sed Scopæ dissolutæ.]

Trina hæc methodi Virtus, & quàm nihil horum à perfecto ordine abesse possit, pateat in vitiosè constructo Curru. Nam 1. quale est Currus sine rota, aut temone; vel cum rotis quinque aut bino ternove temone. (2.) Vel Currus habens temonem retrò, vel ad latus locatum, vel sursum eminentem, & rotas ineptè transpositas. 3. Aut denique omnia quidem rectè posita, Sed vinculis suis non constricta: tale est *Cogitatio, Oratio, Opus*, ubi aliquid deest, aut superest: aut partes indebitè locantur: vel locatæ debitè, non tamen connectuntur.

(II.) Non

(II) *Non omnia Cogita, Dic, fac, quæ opus, sed tantum quæ necesse, erunt-que Omnia tua solida.*

Porism. Ergò parerga Cogitationum, Sermonum. Operum fugienda.

Otiosa cogitare, loqui, agere stultorum sit.

Noxia & impia impiorum.

III. *Ut quicquid Cogitas, loqueris, Operaris, solidum sit. à Validis incipe, per validiora progredere, in validissimis desine.*

IN SPECIE AUTEM.

In Omni Ratiocinatione Tua concurrat Veritas triplex

1. *Pro fundamento allatâ.* h. e. Propositio major sit Axioma Veritatis æternæ utrinque concessæ.

2. *Prolata è fundamento*, extensa scil. ad id de quo dubium fuit, sic ut ampliùs dubitari non possit.

3. *Illata vi Syllogistica dispositionis*, cujus tamen dubiæ eatenus Confessio dubitanti eliciatur, contradicenti extorqueatur.

In omni *Periodo* hoc agendum, ut prolata Protosis expectetur Apodosis, nec possit non admitti. (Grammaticè nimirum: Logicè enim de illius Veritate dubitari potest)

In omni absolvendo *Opere* videatur, Ut 1. Materia sit proba, probè præparata. 2. Forma certa introductu facilis. 3. Vincula firma, benè connexa.

Si quid horum in Cogitando, Lo-

quendo, Agendo deficit, soliditatis (hiatus) Defectus est.

Monstrum autem præcipitantia. Et orta inde in

Cogitando, Suspicio (properata sine radice opinio) error.

Loquendo, Barbarismi, Solæcismi.

Agendo, Mendæ varii generis.

De quibus præcavendis observetur regula.

Virtus lenta est: stultitia & iniquitas præcipitant.

Potens etiam est Ratio & Oratio in Parabolis, *Rhetoricè*: quia continet suavitatem ad libenter audiendum: *Logicè* quia vim habet ad convincendum, ut è Nathanis parabola patet (quia enim Parabolæ ex notitiis nobis innatis hauriuntur, convincitur ibi Cor proprio suo testimonio).

LOGICA EMPHATICA.

Logica Emphatica est modus potenter ac solidè ratiocinandi.

Logica Emphatica partes,

Quomodo potenter imprimenda sit
1) *Prehensio*: exhibitione rei quoad sensum.

[Huc Emblematica, quæ est ars intellectualis aliquid ad sensualem deducendi evidentiam, alicui picturæ sensuali adjectâ guoma intellectuali. Ut

Heliotropium soli obversum, cum inscriptione. *Ecryptum ad Archerypum.*

Pluvia deorsum cadens, cum inscriptione: *Redeo unde veni.*

Arbor Cælum versus tendens, cum inscriptione: *Vnde benedictio eodem reflexio.*

Pavo Caudam explicans. *Das ist du nicht drum gäubum Das du dich darum selbst arhabum.*

Modus iste docendi per Emblemata quàm fit pulcher docet exemplo *Puteanus* in *Vnus* & *Omnis*, picturâ duorum Virorum, quorum alter armatus, alter togatus, uterque sine Capite pugnant. Quâ picturâ, quanti sit Caput in regimine quocunque (nultumque regimen sine capite esse posse) velut per lusum & amaritatem docetur.]

2) *Notio*, in detecto rei schematico.

[Notio potens est, quæ perfectè pervidet in re cognita (1) Omnia. 2. per Omnia. 3. Omnimodè, ut mentem incertare nihil possit. Quod erit, si pervideatur rei 1. finis & forma seu quidditas. 2. Media seu principia, à quibus id habet. 3. Modi omnes, per quos res aut esse potest sic vel sic per omnes differentias. Tale hoc rectæ rationis artificium nisi ubique observandum admittimus, de accurata rerum cognitiose desperandum erit.

Huc referri possit compendiosa. 1. Definitio. 2. Appellatio. 3. Ulsificatio per brevissima Composita, qualia sunt Græcorum & Germanorum ut *Θυνη*, *Αἰθιοπικη*, *Βικλιουθικη*, *Μυροθικη*, &c. *Rohnhauss*, *Wisshauss*, *Iant-Woll-Schmak*, *gaß-rast-Maß-Taß-lusshauss* &c.]

3. *Prædicatio* potens est, si sit essentialis & propria,

4. *Propositiones*: si sint mera Axiomata, de quibus supra Cap. 10.

5. *Syllogismus* potens est, si mera sint Apodeixes.

6. *Discursus*, ut sit concatenativus

Sola solida propone
Methodo apodicticâ
Argumentorum robore infolubili,

Sed quia hîc nobis de potenter ac solidè ratiocinando sermo est, missis cæteris, hoc loco præcipuè inquiremus

1. In ratiocinationis solidæ fontes, & (2) quomodo argumenta solida inde haurienda sint.

3. In solidæ ratiocinationis leges, ne quid præcipitiâ peccetur, additis ejusdem speciebus nonnullis, modifque.

Tres Inventionum, ut & Probationum ac Methodi fontes sunt.

1. Res ipsa in medium adducta, & sensibus ita præsentata, ut non videri & palpari non possit. Tum enim ubi rerum adsunt testimonia, non opus est verbis: si tamen res ipsa propter absentiam, aut ob sensuum crassitiam sui que subtilitatem, in medio sili non potest, sistatur ejus vicaria, sive, sit quoquomodo picta imago (quæ tamen si humano ingenio fit, aberrare potest) sive res aliâ similis, ad similem ideam facta. Et hîc illustrem locum inveniunt similia, Exempla, Parabolæ, Apologi &c. fortissimum res non illustrandi tantum, sed probandi ac demonstrandi instrumentum.

2. Alter probationum fons sunt Animus cujusque Hominis naturâ insculpta de rebus Testimonia. Notitiæ putæ innatæ, tanquam rerum extra nos positarum additæ intus nobis normæ, iisdem de rebus eadem distantes eodem modo omnibus: Ut, bis bina sunt quatuor: ter tria sunt movem &c. Æquali-

qualibus si addas æqualia, erunt æqualia: si inæqualia, inæqualia &c. Totum est majus suâ parte: beneficiis debetur gratitudo; maleficis pœna &c. NB. si quid non satis clarè animo insculptum extat, ex alio verè clarè noto deducitur, similem obtinet viam: ut, præferendum est argento aurum, quia bono præferendum melius.

3. Tertius fons est summi Veritatis testis DEI, Verbò suò clarè aliquid revelantis testimonium; aut quod per claram consequentiam inde potest elici. Quò & Angelorum bonorum, qui Dei nomine loquuntur, referuntur testimonia: Malorum autem Angelorum, utpote semel Deo perfidorum, meritoque semper suspectorum

nunquam admittenda testimonia, ni decipi volumus. Hic omnia cautissimè sunt tractanda, prouti boni aut mali, sapientes aut stulti, rerumque experti aut inexperti, ex rei certitudine aut consuetudine tantum, & receptâ opinione loquentes. Nec facile scilicet admittenda, nec temere rejicienda, sed antequam probare permittantur circumspectissimè prius probando ipsa.

NB. Trinus hic probationum alveus ex trino intellectuâlis lucis fonte derivatur, seu ex trino Dei libro desumitur, Rerum systemate, Mentis systemate, divinarumque Revelationum systemate. His tribus sigillis obsignatur omnis Veritas, ne resignari ab ullo sophista vel satana ipso queant. Nam

Quod referunt verum est (1) divine Oracula mentis.

Et (2) quicquid sensus cum (3) Ratione probant.

Ex fontibus istis tribus trino modo petuntur argumenta.

1. *Harmonicè*, cum idem principium variè tentatum semper testatur idem, ut Sensus-Ratio-Scripturæ.

2. *Bis-harmonicè*, cum duo principia consentiant, etiam si tertium sileat.

3. *Panharmonicè*, cum & sensu & ratione, & divinis testimoniis unum idemque probatur evidentè.

Adde his, quod omnia debeant accipi Panfophicè, junctim non distractim, e. g. in scriptura.

1. Omnia de re quapiam testimoniana (sive in apertè dictis existant, sive in exemplis vel Parabolis.

2. Omnia Panfophicè, i. e. ad harmoniam, ut etiam ex oppositissime dictis media Veritas appareat, quâ observata Contradictionis species evanescat.

Ratiocinationis solida leges.

In Ratiocinatione videndum 1. Ut pro fundamento nihil admittatur, unde falsi aliquid concludi possit. Tales enim vulgò receptæ sunt multæ definitiones, divisiones, regulæ, multâ ex parte aut falsæ aut dubiæ, ideoque distinguendæ demum, limitandæ, explicandæ. Interim quam sæpe incautus lucus sit. Ergò quicquid pro ratiocinationis basi assumitur, sit verum sine

exceptione: & tale esse, nisi satis constet, probetur prius, aliàs falsum ex falso facilè concludetur: imò mille absurda ex uno concessio, tam fecundus est error & deviatio.

2. Videndum, ut quæ deducuntur è talibus immotæ Veritatis fundamentis, deducantur legitimè sine hiatu & saltu, aliàs in absurdissimos errores prolabi facile est.

3. Ut nunquam plus } concludatur
è præmissis, quam illa secum ferunt,
h. e. nihil addatur, non vox, non apex.

Harum legum parallelismus erit in *Pragmatica*. Ut 1. requisita sumantur realissima, verè bases & fundamenta. 2. Ut iis superstructio fiat cautè, perpendiculariter semper, ut ne corruat. 3. Neque superstructiones majores sint fundamento, demumque Ornamenta.

In Grammatica 1. Cardines Periodi, Voces fundamentales & correlativæ rectè ponantur. 2. Expletio sententiarum sit recta, ut sensus sit plenus. 3. extensio tamen non nimia; demumque Ornamenta.

In Logica 1. Notiones primariæ & fundamentales stabiliantur. 2. his concatenentur porismata, sive ratiocinationes immediatè semper & ad scopum rectà. 3. Nec extendantur ultra scopum, ut ultima respondeant primis.

Ut rem in summam contraham, omnis solidæ ratiocinationis basis & summa, Apodixis est, omne Verum hu-

mano intellectui tam evidentur repræsentans, ut assensum negare impossibile sit: aut si quis præfractè neget, erroris confessionem ipsâ veritatis vi, extorqueat: *Ars Convincendi* dicta. cujus Necessitatem, possibilitatem, facilitatem alibi prolixè persecuti sumus.

Hic modos nonnullos ratiocinationis & argumentationis istiusmodi innuere libet, quorum unus est per *Interrogationes*, nempe.

Contradictentem interrogationibus meris ed deducere, ut se propriis suis hypothesebus in absurdorum labyrinthum inexplicabilem intelligat deductum, quomodo Galenus Pergamenus annum agens ætatis 19. Doctorem quendam, primas qualitates elementa esse statuentem, suis interrogationibus ad elenchum coegisse scribitur. Ita quære ex Copernico

1. An credat Mundum esse τὸ πᾶν? Aff.
2. Quod ubi omnia, ibi deesse nihil.
3. Ubi nihil nullum oppositum & oppositissimum
4. Ergò & motus & quies.
5. Ergò etiam mobilissimum & immobilissimum.
6. Ergò mobilissimum, quò nihil magis mobile cogitari potest.
7. Et quiescens, quo nihil magis quiescens, i.e. tantum quiescens, nullo modo movens.
8. Jam ergo dicat, quidnam in mundo tale sit mobilissimum, & tale immobilissimum?

Est &

Est & alius modus per *Crypsin* seu transpositionem, quando contra adversarium nihil concluditur, sed, ut contra seipsum concludat, adigitur. Quod fit, si præmissæ validæ sint & evidentes: tum enim confundi eum necesse est, &, aut ad silentium, aut ad absurdum deduci, proprioque gladio confici: aut negare, quod affirmavit antea, debet: & ne hoc quidem valebit. Ita Christus Phariseos confudit sæpe, suisque ipsorum retibus implicuit.

Validissima item est *demonstratio*, si quando contraria etiam in argumentum assumi possunt. e.g. si Providentiam neganti, proponantur judicia, pœnæque extraordinariæ, Diluvii, Sodomæ &c. & mox ipsa quoque pœnarum intermissio, & Mundi tamen in suo esse persistentia. Si enim Deus abesset, Mundi per Diaboli & hominum malorum furorem jam corruisset.

Item, si adversarii argumentum pro nobis facere, ipsiusque thesini evertere ostendatur. Non Sophisticè tamen, sed verè. Si enim vera est thesini nostra, undique veram esse & roborari necesse erit, etiam eò ipsò, quod contra eam temerè torquetur.

Est & alius modus respondendi per *novam questionem*, sed variè.

1) Quum aliud quæritur, ex eadem tamen Idea notius: ad quod si aptè respondeat antagonista, sibi ad suum quæsitum respondeat.

2) Quum aliud solvendum proponitur & que difficile, & in quo suum acu-

men confundat curiosulus vestigator: Ut Christus de Johannis Baptismo; & de Christo, cujus filius esset. Et Angelus apud Esdram IV. Cap. 4. & c.

Acumen est, alicui contra nos concludenti argumentum concedere; sed vim ejus distinctione eludere. e.g. Ubi Puteanus cum Furnesio de Laconismo disputans, huic absurda Laconismi Objectioni, ita responstat

1. *Laconismus Copia introitus est* Resp. Ita; sed vitiosæ.

2. *Laconismus brevitate morbus est* Ita; vitiosæ. Ut enim non omnem copiam sanam dices ru; ita nec breviter ego. Utrobique Virtutes & Vitia sunt.

3. *A Platone laudatur: sed ita ut Pudor, cui inter mortales nullus locus nisi admittâ culpâ.* Resp. Esto, periit ille, cui periit pudor, Virtutis color. Nec tantum admittâ culpâ locum habet, sed etiam ne admittatur. Culpam qui erubescit, penè non peccavit.

4. *Aliud est Laconismo, aliud brevitate uti.* Resp. Planè aliud. Brevis esse rudis etiam sermo potest: Laconicus nisi prudens & peritus non poterit.

Alius modus per Inversionem simplicem. Puteanus ibidem.

1. *Laconismum sequi futile est: brevitate non item.*

R. Imò brevitate, non Laconismum &c.

2. *Non est in Laconismo brevitatis, sed vitium brevitate.*

R. Transpone sensum, veniesque

in rei Veritatem. Non est in Latronismo vitium brevitatis, sed brevitatis.

Huc (ad potentem argumentationem) refer quoque Dilemmata, utroque Cornu ferientia; & adde *Trilemmata*, quasi tricuspdatum argumentum sumendo semper extrema cum

medio, & omnia convertendo in argumentum pro Thesi, ad evertendam Antithesin, aut, quod utrumque Oppositum sit falsum, Veritas in medio.

Tandem, quicquid servit elegantiz, servit etiam efficacitati eò ipsò, qua similitudo placet, penetrat.

CAPUT. XVIII.

DE TRIERTII HARMONICI USU &c.

Scientiarū & Artium Usus cur Spectandus? Apertas esse confido scaturigines abyssi *Mentis nostræ*, *Lingua nostræ*, *Operationumque* nostrarum. Nempe, ut unde *Cogitationes* fluant, & quibus rivulis confluant, & quomodo in ratiocinii amnes, ipsaque completæ *Sapientiæ* (quanta homini datur) *Maria* sese colligant, patere jam possit. Sicut & unde *Verba Lingue* nascantur, & quomodo se in *Orationis* fluxum ordinent, ipsaque *Opera* nostra, quibus gradibus à minimis principiis ad maxima usque fastigia sua sese elevent. Jam quia *frustra est aliquid scire, & non uti*: frustra scire loqui, & non loqui: frustra scire facere & non facere; videndum est, *quomodo Triertii quoque Scientia & Ars in Usum transferenda sit*. Alioquin ad quid mihi Panis, si eò non vescor? ad quid Vestis, si me non vestio? ad quid Oculus, si nihil intueor? ad quid Pedes, si non ambulo? *Ad quid igitur Triertium etiam, si ad nihil adhibeo?*

Usus Triertii triplex. 2. Videndum inquam, quem usum sic harmonicè adornatæ tres hæ artes (Logica, Grammatica, Pragmatica) præstent I. *Sibi invicem*, in complexu mutuo. II. *Scholis*, ad sapienter juventutem exercendam. III. *In vita denique tota*, Omnibus sic exercitatis.

v. Ad meliorem triertii Artis intellectiorem. 3. *Quantum ad Ars ipsas* (Cogitandi, Loquendi, Operandi) *illustrant sese, sic parallelè inspectata, miris modis, tum ad seipsam unaquaque, tum Consores suas melius intelligendum*.

4. *Seipsam quoque*: dum *Logica* videt sibi hoc agendum, ut sciat quicquid cogitandum obvenit sufficienter excogitare; tum si cogitationes agminatim se offendunt, eas in ordinem cogere; tandemque de illis in ordinem redactis judicare, atque si quid aberrare velle videat, in Veritatis viam reducere. *Grammatica* verò, ut sciat, quicquid opus

opus est rectè tum cloqui, tum scribere; dehinc de Sermone factò (proprio vel alieno) dextrè judicare, vitiosumque emendare. *Pragmatica* tandem sciat res utiles, benè excogitatas & benè edificatas, etiam bene producere, productasque conservare, aut corruptas emendare.

[*Aristoteles* Dialecticæ usum ostendit potissimum ad disputandum: *Ramus* ad Authores resolvendum, & accuratè scribendum; *Lullius* ad celeriter discurrendum: At jam patebit Logicæ usum longè Universaliorē esse; prorsus ad omnia quæ homo, rationale Animal, cogitare, cogitataque Sermone aut factis prodere opus habet, normandum. Nempe quomodo nihil in toto Sermone est, quod non Grammatica suis subdat legibus: ita nihil sit in Universo Cogitationum apparatu, quod *Logica* solum non faciat, deque illo iudicium sibi non sumat: nihilque in toto actionum orbe, quod non *Pragmatica* dirigere ac exsequi valeat. *Cornelius Gemma* Dialecticam appellavit *Scientiarum Conjugem*, Liberalium Scientiarum methodicè scriptarum Syntagmata intelligens. At optandum est, ut nihil humanarum Cogitationum (etiam circa Mechanicas, & quascunq; æquè humiles atque sublimes materias) in se situm sit, & amethodicum. *Cogitationum* itaque *omnium Conjugem Logicam*, sicuti *Sermonum omnium Conjugem Grammaticam*, *Operumque omnium Conjugem Pragmaticam*, dici esse convenit.]

NB

5. Jam Usus singularum in Sorores quoque patescit meliùs; ut se posthac tam non deserant, atque se in Mundo naturali *Materia*, *Spiritus*, *Lux*, non deserunt. Alioqui *Dialectica* sibi relicta, secum ipsa litigabit *Grammatica* sibi relicta, sonos sine mente dabit; *Pragmatica* sine mentis & *Lingua* usu, res muta & bruta erit. Ergò nihil agant nisi ope mutuâ. *Logica* (Metaphysicæ primogenita) rerum Ideas observans, rerumque ope *Mentis* Cogitationes intra Cancellos continens, & aberrare prohibens, præscribat tam *Sermoni* quàm *Operibus*, leges: quum neutrum sine ratiocinatione peragi queat, nec ulla sint *Mentis* sapientis evidentiora signa, certioresque testes, atque benè *Ordinatus Sermo* & *Opera*. (Quippe *Lingua* non aliud loquitur, quàm *Mens* dicat: nec *Manus* aliud facit, dum rectè facit, quam quod præscribit *Ratio*.) *Grammatica* rursus *Mentis* agat interpretem aptum: ut quisquis *Sermonem* audit, *Mentem* loquentis clarè videat, nec *Mercurius Mercuriò* (*Sermo* *Sermone*) egeat. Atque si quid *Operum* mandatur agendum, sciat *Lingua* mandata promere sic, ut *Pragmatica* mandatum sciat deducere in opus. Ita demum unaquæque hæc *Ars* in se perfecta erit, dum *TRIERTIUM* hoc perfectum erit: sicuti neque *Corpus*, neque *Anima*, neque *spiritus* humanus perfectus esse potest, nisi conjuncta in *Hominè* uno, per omnes suas partes perfectò.

Tam conjunctim.

II. Ad pulchritudinem in Scholis formandū.

Nempe Exercitiis perpetuò trinis.

1) *Analytica.*

6. Scholis TRIERTIUM ferre poterit usum in genere hunc, ut Scholarum Discipuli omnia rationabiliter (h. e. articulatim Ordinatum, Verè) *Cogitare, Loqui, Agere*, consuecant: quò hîc, isthîc, illic, nihil non totum procedens, sine suo coronatum, prodeat.

7. Exercitia igitur cum Juventute institui poterunt perpetuò trina.
1. *Analytica*: quibus omnes Sermones, omnes Cogitationes, omniaque Opera (propria & aliena) resolvere consuecant in sua simpliciora, tandemque simplicissima & prima. Quod postquam didicerint, videbunt clare omnes omnium hominum (sapientum & stultorum) Cogitationes nihil esse nisi Syllogismos aut Paralogismos; Orationes legitimas vel scopas dissolutas; Erga vel parerga, aut monstra. Unde varii casus & aberrationes, mendæque (opinionum, Sermonum, Operum) faciliori negotio deprehendi, deprehensæque emendari poterunt. O quantum hoc ad obtinendum, ne quidquam à quoquam posthac temerè fiat! aut si quid à principali scopo digressionum (Cogitando, Sermocinando, Operando) admissum animadvertitur, ut in Viam rediri consuecatur.

2) *Syntheticis.*

8. Secundi generis exercitia erunt *Syntheticæ*, instruendo eos quomodo quemvis datum Terminum simplicem, Cogitationisque occasionem vel minimam, extendere queant in amplissimum *Discursum*; nec illum rhapsodicum & nugacem, sed per omnia rationabilem. Item, quomodo quamcunque datam *Vocem* diducant in *Sententiam*, Sententiam in *Periodum*, periodum in *Orationem* integram undique concinnam. *Operum* denique exercitia practica urgeri poterunt, dato Casu aut Problemate, quomodo hoc vel illud præstari queat. Cujusmodi exercitia varia, si frequentarentur, res infiniti foret usus.

3) *Syncreticis.*

9. Tertii generis exercitia forent *Syncreticæ*, conferendo inter se Entia non tantum Realia (quod Parabolam facit) sed & Mentalia ac Verbalia. Possent itaque subinde interrogari *Huic vel illi rei in Systemate Mundi existenti, quidnam in Syntagmate Mentis respondet? quid item in Syntagmate Sermonis seu Linguae apparatu? Sed & Combinatim & Conglobatim, Res Notionibus & Sermonibus conferendo: ut cum actus Consultantium, Colloquentium, Cooperantium cum invicem conferuntur (cujus rei dedimus specimen)*

III. Ad omnem Vitam melius trans-

10. Tertium quod hæc sic in *Triertri Syntagmate constituta, exercitiisque Scholasticis scite agitata præstare poterunt, erit, ut prudentia Cogitandi, & prudentia loquendi, & prudentia Operandi, arctius posthac in hominum animis*

animis cohereant. Hoc est, ut nemo sit Grammaticus, qui non idem ^{mittendam} sit Logicus & Pragmaticus, sive, *Nemo discat scire loqui, quin simul* ^{1) Plenum lumen possidendo.} *discat sapienter Cogitare, & solerter Operari;* transcurrantque tria ista (*Sapere, Agere, Loqui*) Animam nostram sic, quomodo trinus in Corpore spiritus (*Naturalis, Vitalis, Animalis*) omnia membra (ad totum Corpus Vitâ, sensu & motu implendum) transcurrunt: aut quomodo in manu Scriptoris cum spiritu movet se manus, & cum manu Calamus: ita ad motum Rerum in seipsis, ut se moveat hominis Mens, & cum Mente Lingua, & cum utroque Manus.

11. Unde sequi poterit *Usus Ethicus*, ut homines non divellere ^{2) Harmonicè cogitando, loquendo, agendo.} discant rectè normatum Cor à Lingua & manu; sed in gloriam Triunius Dei, in omnibus quæ Cogitant, loquuntur, agunt, versari quærant veraciter, parallelisino perpetuò. Neipse ut quomodo unumquodque intelligunt, ita loquantur, ita agant: & quomodo loquuntur ita sentiant, ita agant: & quomodo agunt, ita loquantur, ita sentiant. Divulsa hæc ostendant aut imperitum (nescit enim verè, qui quod scit, proloqui nescit, nec operari) aut hypocritam (assentator enim est, qui quod sentit, nec proloqui audet, nec facere) aut profanum & impium (*qui enim rectè scit facere, & non facit, peccatum est illi Jac. 4. 14.*)

12. Et quia in hoc TRIERTIO per Artem Cogitationum & ^{3) Virtutum studia non Cogitatione aut sermone, sed Operibus terminando.} Sermonem in Artem Operum semper iri videbunt, observare discent, sibi quoque *Sapientiæ studia non in Cogitatione nuda vel sermonibus terminanda; sed necessariò in Res & Opera veniendum.* Ut quod Apostolus de mysticis donis, eorumque studio, dixit; *Seclâmini Chraritatem, emulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis* (1. Cor. 14. 1.) similiter hîc dici possit: *stude, qui sapientiæ studes, bonus esse Logicus, bonusque Rhetor, magis autem bonus Pragmaticus, h. e. scitus ac peritus utilium Operum effector. Quicquid nescis, discere; quicquid didicisti, doce: quicquid scis & alios doctes fac ipse.*

[Tria hæc jungi simul, & probè iaculcari deberent juventuti, antequam Scholis excedant. In his enim praxis sapientiæ (post præmissam Theoriam) consistit, quam sequi poterit Chrestis per totam Vitam. Si enim rectè illud Theologi præctici, *Tantum scimus quantum operamur*; etiam verissimum erit, *Tantum scimus, quantum loquimur.* Nam nescire ostendere suum scire, nescire est.] NB.

13. Nec tantùm quorundam Operum scitas addiscere formas, ^{4) Nullibi que noxiè deficiendo} sed circa quàmplurima, Memem, Linguam, Manum, quàm plenissimè *eruditam, ut habere adament Omnes. Equidem omnia possibilia posse, Om-*

nia Scibilia scire, Omnia effabilia effari, solum Deus potest. Homo tamen, quia Inago Dei est, velle debet quam plurima rectè nosse, quam plurima rectè posse, quam plurima rectè loqui. Si quis eorum quidquam qua nosse, posse, eloqui, potest; non tamen potest, non novit, non loquitur; desic ab Idea sua, Imaginè Dei.

5) Si autem deficiere contingat, mox emendando.

14. Et quia vix ullâ circumspectione nostrâ, ut omnes præcaveantur errores, obtineri potest, hoc lucri habebit *Trientid* exercitatus, præ Harmoniæ hujus ignaris, quòd aberrationem quamlibet & notare citius, & agnoscere melius, & emendare proprius poterit.

6) Tandè que omnia sua nonnisi amussimè concinnando.

15. *Cujusmodi Scholastica exercitia (errores agnoscendi & emendandi) diu & prudenter continuata, prestare poterunt, ut posthac quisque nostrum, Cogitationes, Sermones, Opera, nonnisi amussimè edere sciatur* hoc est, eâ plenitudine, eòque omnium ad omnia commensu, & Vinculorum soliditate, ut nemo facilè aliquid addere, demere, mutare aut convellere valeat. *Different enim exercitati eò modò hominis Cogitata, Dicta, Facta, à Vulgi Cogitationibus, Sermonibus, Operibusque ita, ut niudissimè atque correctissime typis descriptus Codex (ubi mendum vix reperias) ab alicujus imperiti Scriptoris charta characteribus curvis, mutilis, confusis, illegibilibus, maculatâ* Quod sperari posse inde pateat, quòd ad pleraque jam *normas Polycleteas fallere nescias* habeamus: *Definitiones* putâ *rerum veras*, rectè illa quæ necessariò rei suæ adesse vel abesse debent (ut res apta suo finì sit) experimentes, 2. *Structuras* item *rerum accuratas*, quomodo *Ingredientia* illa sibi invicem subordinanda sint (ut ne quid à Vicinis impediatur, omnia se invicem juvent) ostendentes. 3. *Axiomata* denique robur illud, quò rei cujusque (aut ratiocinationis & Sermonis) *Systema* rectè connectatur & contineatur, detegentia.

7) De alienis verò prudentius judicando.

16. Septimò, *proderit hac tri-unius Artis Cultura eo, ut quis in legendis Authoribus (h. e. recognoscendis alienis Cogitationibus) audiendisque Sermonibus, & spectandis Operibus, oculatior esse possit: judicare omninò gnarus, num quis conceptus de rebus habeat veros & Ordinatos, nec ne? & utrum hos verbis explicare sciat, nec ne? & ratiocinationes suas num Syllogismi sint, an Paralogismi? Facta denique ipsa, num Veritatem habeant an falsitatem; sive, num processurum sit Opus quod actitat, nec ne?* Ufque aded, ut de Mechanicorum etiam Operibus, eorumque requiritis, & operandi modis, melius disserere queat *Metaphysicus (& dehinc Logicus, Grammaticus, Pragmaticusque verus)* quam ipsi

Opi-

Opifices : qui hoc mirati, Scholarum alumnis Scholasticismum (h. e. ad negotia ineptitudinem) exprobrare desinent.

17. Jam ergò, quia *Cogitationes intricatae, Sermo confusus. Opera* 8) *Eoque que perplexa, & sine exitu* (qualia Vulgi & imperitorum) *triste quid sunt;* semper in *ordinatis verò inest Lux, lucidis amantissimas:* quidni exsultet, cui rrinum luce exultando. hoc clarè exortum fuerit lumen? Nempe *Mens inerudita*, nihil bonarum *Cogitationum* habens, tenebricoso antro similis est: in quod millies inspicias, nihil videbis: aut nihil non obscurum, ubi habitare tædium sit. *Mens verò sapiens Palatium* refert lucidum, picturis, hominibus, negotiis, aliisque amænis spectaculis plenum. Similiter *Lingua inerudita*, *idiomatis alicujus ignara*, muta est: malè verò gnara, nullos nisi inconditos reddit & accipit sonos: at *polita Lingua*, ac ultrò citròque suaviter commutati sermones, veluti suavifonantissima *Musica* sunt. *Opera denique qui nulla edit*, similis est vastitati, ubi nihil rerum est: qui *confusa*, similis acervo lapidum, lignorum, ferramentorum hinc inde disjectorum: *At Ingenium ad exacta Opera bene normatum* quicquid operatur *Systematicum* erit, veluti pulchrè concinnatum ædificium, aut *Navis*, vel *Currus*, vel *Automaton*, undique concinnè compositum; datoque motore mox ordinato motu procedens.

18. Super omnia tamen est, quòd sic exercitati sapientiæ *Tirones*, 9) *Et omnia sua sapienter administrando.* in omnibus, quæ unquam in tota *Vita*, *Cogitanda*, *dicenda*, *faciendaque* obvenerint, ad tres illos summos *Cardines*, *QUID*, *PER QUID*, & *QUOMODO* respectando, consuescent nihil proponere, nisi *sine bono*, nihilque tentare nisi *mediis certis*, nihil denique *Agere*, *Loqui*, *Cogitare*, nisi *modis facilibus*. Id quod observare discunt semper & ubique in omnibus negotiis, maxime tamen in maximis. *Ex. gr.* Quia nihil sub *Cælo* majus habet *Homo* ipsâ suâ *Vitâ*, sapientissimè fecerit, qui sibi gloriosam ejus fixerit metam, *Vitam* quæ hanc sequetur beatam; idque immotè. Quam ut assequatur, sapienter sibi media, per quæ istuc certò itur & venit, elegerit, *ut ducem sequatur DEUM*, illi se totum intime tradendo ad faciendum & patiendum omnem *Voluntatem* ejus. Et hoc ut minori molestiâ procedat, tria faciet (1) *Satanam*, *Mundum*, *Carnem* ejurabit, sodalitiisque prava cum omnibus mali occasionibus vitabit. (2) *Bonis* autem perpetuò conversari propter occasiones bonas gaudèbit. (3) Maximè autem *ambulare cum DEO* semper (*Orando*, *Verbo* ejus attendendo, *Omnem* revelatam ejus

Voluntatem faciendo) studebit Sic institutum pietatis Opus procedet cum Deo: similiterque alia omnia.

19. De hac igitur Omnia (Cogitata & Cogitanda; Dicta & dicenda, Facta & facienda) lacidè perspectandi methodo, vere dici poterit, quod olim Zacharias Rosembach de inventa à se omniscientiæ Biblicæ arte scripsit: *Cum juvenis essem, multa sciebam, sed sine ordine, & inde tristabar. At postquam hanc divinam methodum inveni, omnia quasi novisse videor, & inde mirifice ac semper lator, ac pro inventione hac quouidie DEO gratias ago.*

Ad DE- 20. Tu igitur ô luminum Pater, ô aterna sapiemia fons! ô agitate super
 VM suspi- tenebrarum nostrarum abyssum spiritus sancte! Unus & Trinus Deus miserere
 cia. nostri! Qui ut nos ad similitudinem tuam factos, Tuam illam solam veram sapi-
 entiam doceres, Cogitationes tuas æternas Operibus tuis, Instinctibus
 tuis, Verbisque insuper tuis, detegere nobis dignatus es, iisque nos attendere
 iussisti. Adfis benignus, & da ut attendamus, attendendoque in lumine tuo
 lumen (& in illo omnia, inprimis autem TE, qui es super Omnia, benedi-
 ctus in secula seculorum) videamus! Amen.

DE USU TRIERTII SIGILLATIM CONSIDERATO.

- | | | | |
|---------------------|---------------|---|---|
| I. Usus Logicæ | Solitarius in | { | Discendo aliena per <i>Analyfin Mathematica.</i> |
| | | | Meditando propria per <i>Synthesin Meletica.</i> |
| | | | Discernendo inter vera & falsa, propria & aliena per <i>Syncrisin Diacritica.</i> |
| | Socius in | { | Docendo aliena, <i>Didactica.</i> |
| | | | Consultando propria, <i>Symbulica.</i> |
| | | | Disputando, <i>Dialectica.</i> |
| II. Usus Grammaticæ | Solitarius in | { | Loquendo sibi ipsi. |
| | | | Proloquendo, perorando. |
| | | | Orationem aliam resolvendo <i>Analytica.</i> |
| | Socius in | { | Audiendo <i>Acustica.</i> |
| | | | Colloquendo <i>Dialogistica.</i> |
| | | | Alloquendo potenter <i>Oratoria.</i> |

III. Usus

III. Usus Pragmaticæ { Solitarius in Opere quoque { Proprio construendo.
 { Alieno examinando.
 { Dextre urgendo, tamen
 in negotiorum turba.
 { Socius in { Opera mandando.
 { Collaborando.
 { Contralaborando, Concertamen, iusta.

Ultimus perfectissimus usus perfectæ { Logicæ } erit ad condendam { Sapientiam.
 { Grammaticæ } plene harmonicam { Linguam.
 { Pragmaticæ } Vitæ felicitatem.

QUOD SI HARMONICE SEU PARALLELE
 TRACTENTUR, RESPONDEBIT

In Usu { Solitario { Mathematicæ Didactica, Oratoricæque Auditoria.
 { Meleticæ Symbolica.
 { Diacriticæ Dialectica.
 { Sociali { Didactica, Acustica, Imperatoria vel Directiva.
 { Consultatio, Colloquium, Collaboratorium.
 { Disputatio, Peroratio, Concertamen, iusta.

F I N I S.





LIBRARY OF CONGRESS



0 019 878 133 2